




**Davidis Chytraei Chronicon anni M. D. XCIII. M.D. XCIII. et
initii M.D. XCV. : vtile & iucundum lectu.**

<https://hdl.handle.net/1874/427619>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)**

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsede
 - de staartsede
 - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)**

More information on this collection is available at:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

S. oct.
887



291

1854
1854





296



u
io
9
fi
m
fi
m
s
m
v
m
c
t

missione p unius z mortuus.
no r. z ad phie spm hntes qui
s euentibz porunt.
sic p. v. q n sic tenare ples
sps. v. n. e una w pndou
p. s. si i oi diane e una w
un. is pacto ad arscend futu
n sic ples sps. P. acty huan
e fine ut. s. hntu e. si ois dinate
nu fine. s. ad pnduatoz futuroz
s. n. si. **S** sig. n. ouisifi
ai su. n. as. t. at. ub. l. scpas
p. s. si diuinares n. un.
sa sig. er. qb. ampi. pagto. su
out. e. dinateis sps. **S** d. e.
er. at. ouisifi. sps. dinateis
sic. i. e. ois dinate ut. ad p.
alia. temonu. osilio. vel
er. l. er. p. se. i. plorat. v. p. t. p. t. em.

148

demon


887


p motu p uat...
aliu su p stitatis houi p mbe...
pam gnali ad augum q' ei...
am si alpiu ad sp're amu q'
nu ad aures f' ctos. i amb. n. h


Historia Gentium
Ocravo n°. 887.

S. oct.
887

siu hi ofiteraw
ere ca q' q' rem
se h uat omg
i obfuato aq
qui n' fortuto
na oftare tdi t' q' fec u
ad alui nugiet, fo
erclamau sigfer
manebun' q' uat
p va mtepit. n' seudi ofilui on
Si a oficent' alia dispoites figar
corpib' ussu caurent' seic alia of
fies. Na ex linea n' tis man' ofidatis
supra cymmacia uat, q' oinatio
u. giete di man' oinatio u' ex qb' d







N. 80. C

q
m
n
p
r
s
t
u
v
w
x
y
z
aa
ab
ac
ad
ae
af
ag
ah
ai
aj
ak
al
am
an
ao
ap
aq
ar
as
at
au
av
aw
ax
ay
az
ba
bb
bc
bd
be
bf
bg
bh
bi
bj
bk
bl
bm
bn
bo
bp
bq
br
bs
bt
bu
bv
bw
bx
by
bz
ca
cb
cc
cd
ce
cf
cg
ch
ci
cj
ck
cl
cm
cn
co
cp
cq
cr
cs
ct
cu
cv
cw
cx
cy
cz
da
db
dc
dd
de
df
dg
dh
di
dj
dk
dl
dm
dn
do
dp
dq
dr
ds
dt
du
dv
dw
dx
dy
dz
ea
eb
ec
ed
ee
ef
eg
eh
ei
ej
ek
el
em
en
eo
ep
eq
er
es
et
eu
ev
ew
ex
ey
ez
fa
fb
fc
fd
fe
ff
fg
fh
fi
fj
fk
fl
fm
fn
fo
fp
fq
fr
fs
ft
fu
fv
fw
fx
fy
fz
ga
gb
gc
gd
ge
gf
gg
gh
gi
gj
gk
gl
gm
gn
go
gp
gq
gr
gs
gt
gu
gv
gw
gx
gy
gz
ha
hb
hc
hd
he
hf
hg
hh
hi
hj
hk
hl
hm
hn
ho
hp
hq
hr
hs
ht
hu
hv
hw
hx
hy
hz
ia
ib
ic
id
ie
if
ig
ih
ii
ij
ik
il
im
in
io
ip
iq
ir
is
it
iu
iv
iw
ix
iy
iz
ja
jb
jc
jd
je
jf
jg
jh
ji
jj
jk
jl
jm
jn
jo
jp
jq
jr
js
jt
ju
jv
jw
jx
jy
jz
ka
kb
kc
kd
ke
kf
kg
kh
ki
kj
kk
kl
km
kn
ko
kp
kq
kr
ks
kt
ku
kv
kw
kx
ky
kz
la
lb
lc
ld
le
lf
lg
lh
li
lj
lk
ll
lm
ln
lo
lp
lq
lr
ls
lt
lu
lv
lw
lx
ly
lz
ma
mb
mc
md
me
mf
mg
mh
mi
mj
mk
ml
mn
mo
mp
mq
mr
ms
mt
mu
mv
mw
mx
my
mz
na
nb
nc
nd
ne
nf
ng
nh
ni
nj
nk
nl
nm
nn
no
np
nq
nr
ns
nt
nu
nv
nw
nx
ny
nz
oa
ob
oc
od
oe
of
og
oh
oi
oj
ok
ol
om
on
oo
op
oq
or
os
ot
ou
ov
ow
ox
oy
oz
pa
pb
pc
pd
pe
pf
pg
ph
pi
pj
pk
pl
pm
pn
po
pp
pq
pr
ps
pt
pu
pv
pw
px
py
pz
qa
qb
qc
qd
qe
qf
qg
qh
qi
qj
qk
ql
qm
qn
qo
qp
qq
qr
qs
qt
qu
qv
qw
qx
qy
qz
ra
rb
rc
rd
re
rf
rg
rh
ri
rj
rk
rl
rm
rn
ro
rp
rq
rr
rs
rt
ru
rv
rw
rx
ry
rz
sa
sb
sc
sd
se
sf
sg
sh
si
sj
sk
sl
sm
sn
so
sp
sq
sr
ss
st
su
sv
sw
sx
sy
sz
ta
tb
tc
td
te
tf
tg
th
ti
tj
tk
tl
tm
tn
to
tp
tq
tr
ts
tt
tu
tv
tw
tx
ty
tz
ua
ub
uc
ud
ue
uf
ug
uh
ui
uj
uk
ul
um
un
uo
up
uq
ur
us
ut
uu
uv
uw
ux
uy
uz
va
vb
vc
vd
ve
vf
vg
vh
vi
vj
vk
vl
vm
vn
vo
vp
vq
vr
vs
vt
vu
vv
vw
vx
vy
vz
wa
wb
wc
wd
we
wf
wg
wh
wi
wj
wk
wl
wm
wn
wo
wp
wq
wr
ws
wt
wu
wv
ww
wx
wy
wz
xa
xb
xc
xd
xe
xf
xg
xh
xi
xj
xk
xl
xm
xn
xo
xp
xq
xr
xs
xt
xu
xv
xw
xx
xy
xz
ya
yb
yc
yd
ye
yf
yg
yh
yi
yj
yk
yl
ym
yn
yo
yp
yq
yr
ys
yt
yu
yv
yw
yx
yy
yz
za
zb
zc
zd
ze
zf
zg
zh
zi
zj
zk
zl
zm
zn
zo
zp
zq
zr
zs
zt
zu
zv
zw
zx
zy
zz



Ex dono Buchely

Dauidis Chytræi
CHRONICON

A N N I

M. D. XCIII.

M. D. XCIIII.

ET INITII M. D. XCV.

Utile & incundum lectu.



I 5

9 5.

L I P S I Æ.

C V M P R I V I L E G I O

Impensis HENNINGI GROS

311 Bibliop.



1785

CHURCH

AND

CHURCH

CHURCH





N^o M. D. XCIII. ineunte, Carolus Guisus Maiennæ Dux, Francisci filius, ordinum regni Galliarum, cū Romano Pontifice & Hispaniarum rege, prætextu Religionis Catholicæ Romanæ in regno Galliarum tuendæ, aduersus Henricum III. Galliarum & Nauarræ regem confœderatorum Dux & caput; ex singulis regni prouincijs, trium ordinum legatos, ad comitia, in quibus de Republica regni Galliarum, miserabili hoc bello intestino tandem liberanda, & Catholico rege creando deliberaretur, Parisios conuocauit. ad quæ Romanus etiam Pontifex, Clemens VIII. Philippum Cardinalem Placentinū, & Hispaniarum rex, Ducem de Feria mense Ianuario ablegauerat. Sed ^{12. Ianuarij} hic, in itinere diutius hærens, exeunte Martio demum mandata sua exposuit. Pontificius uerò legatus ^{23. Martij Iuliani.} anteuertens, Bullam Excommuni-
 A 2 catio-

cationis, à Clemente IIX. Pontifice renouatam (qua Henricum prætentum Nauarræ regem denuò, cum omnibus ipsi adhærentibus, ecclesiasticis & politicis, Catholicis & non Catholicis, Galliæ proceribus, diris deuuebat: & Ordines in Comitibus congregatos, hoc hæretico reiecto alium regem Catholicum creare iubebat) promulgari passim in regno Galliæ voluit. Quo intellecto, Nauarraus statim misso ad ordines Catholicos procuratore, de iniquitate bullæ conquestus, appellauit: & ab ijs impetratam ostendit, qui aliquot iam annis, omnes suas cogitationes, curas & consilia eò direxerint, vt Regnum Galliæ, exclusis hæredibus & successoribus legitimis, ad se transferrent, nec saturatos rapinis & cædibus, quibus regnum replerent, Hispanos insuper crudelissimos & perniciosissimos hostes in Galliam induxissent. Hos periuros & seditiosos regni proditores,

tores, & ab omnibus veris & germanis Francis conspuendos & abominandos, quod sub Religionis prætextu hæcenus occultare conati sint, nunc Bullæ Pontificiæ occasione, in apurum & lucem proferre, dum Regem nouum eligi, & veterem ac legitimam successionis in regno Galliæ rationem, in qua tanquam cardine, regni salus & incolumitas ad omnem posteritatem verferetur, mutare & abolere velint: & sibi coronam vel cum totius regni perpetuo exitio imponere nitantur. Catholici igitur ordines regi additi, cæteros status, vt bonos & sinceros Francos, ad amorem, obædientiam, & fidem regno & patriæ debitam, & cauendas seditiosorum perduellium, qui non Religionem, sed regionem & Regnum quærerēt, & barbaros Hispanos Gallis impo-

1593.

gendo agendum sit, adiri: & adven-
 tibus ea, nobilibus amissionem ho-
 noris; prælatis, beneficiorum; cæ-
 teris pœnam criminis læsæ Maïesta-
 tis & turbatæ pacis & proditorum
 patriæ denunciant. ciuitates etiam &
 oppida, in quibus de creando rege
 nouo acturi sint, funditus solo æqua-
 tû iri mjanantur. Hæc, cû à Catholicis
 Nauarreo coniunctis publicata esset:
 Dux Feriæ tandem Parisios appel-
 lit, & initio Aprilis Gregoriani in
 confessu Ordinum regni, à pace inter
 reges, Catholicum & Christianissi-
 mum Henricum facta, & coniugio
 Elisabethæ, filix Henrici Philippo
 nuptæ corroborata, exorsus: Bene-
 uolentiam illius erga Reges & re-
 gnum Gallix, multis illustribus testi-
 monijs, Francisco II. Carolo IX. &
 Henrico III. declaratam, prolixè
 exponit. Queritur simul, Reginam
 matrem sub Henrico III. immemo-
 rem beneficiorum præteritorum,
 Antonio Lusitano auxilia præbuis-
 se,

8. April.

1559.

se, & filio Francisco Alanzonio Cameracum, Antvverpnam & alias Belgici vrbes occupanti, cum impedire eum & deberet & posset, conuiuiffe nec aduersatam esse. Nihilominus regem Hispanum, tot grauibus iniurijs laceffitum, non ex impotentia, sed Christiana beneuolentia constantem in amicitia mansisse. Francisco mortuo, cum princeps Biarnensis, religionis veræ hostis, ad regni sceptrâ, fauente rege Henrico III. cœ-^{1585.} pisset aspirare: fratres Guisios, nunquã satis laudatos principes, de remedio tanti mali cogitasse, & foedus pro tuenda religione Catholica initũ esse, cuius onera rex Hisp. præcipuè sustinuerit, qui & pecuniam ingentem Guisij suppeditauerit, & exercitibus suis, duce Farnesio, ciuitatẽ Parisiensem & Rhotomagensẽ; ex manib. inimicorum liberatas cõferuarit, deniq; inauditum amicitiaẽ exemplũ, sua deserendo, cum incredibili detrimento, vt Gallis opitula-

A 4 retur,

retur, demonstrarit. Habuisse semper in Gallia suos ministros, qui in his rerum difficultatibus, eos consolarentur, omniq; officiorum genere Gallis præsto essent. Alere adhuc copias militares pro salute Gallorum, in quas, sexagies centena milia aureorū superioribus annis, abiq; vlllo suo commodo, insumserit, commendasse Gallorum causam summis Pontificibus, deniq; hunc conuentum, salutis Galliarū causa vrsisse, quæ in eo sita sit, vt rex Catholicus à Gallis eligatur, vero zelo religionis, eaq; potentia præditus, qua res Gallorum ad pristinum Dei cultum & Reipublicæ splendorem restituar. & quia periculum in mora sit, hortari regem suum, vt accelerent: & opem hætenus præstitam, maioremque, si opus fuerit, Gallis polliceri. Se quoque omni studio, cura, labore & fide commodis Gallorum semper adfuturum esse ostendit, ac exhibitis regis sui literis, si quid amplius sit, quod

quod requirant ordines, quidq; in mandatis habeat, vberius expositurum esse. Tam specioso procemio, & suauitatis, beneuolentiæ & caritatis, nectare ac melle dulcioris pleno, aditum sibi Hispanus, ad regnum Gallia, prætextu Religionis, a legitimis hæredibus & principibus Regij sanguinis, in suam familiam transferendum, præparabat.

Excepit autem Hispani orationē Nicolaus Cardinalis & Archiep. Rhemenfis, qui nomine trium regni Gallia ordinum, legato de aduentu in Galliam, Gallis optatissimo, gratulatur: nec ex Hispanici regni magnatibus quenquã, rebus gerendis aptiorem, vel Gallis gratiorem, mitti potuisse ostendit. Postea de omnium rerum vicissitudine & inconstantia præfatus, Gallia reges olim, acerri- mos Christianæ religionis vindices, & Hispanis catholicis amicitia iunctos; exemplis Cloduei, qui Visigothos Arianos, inter Ligerim & Pyre-

Pyreneos montes, ad fidem Catho-
 licam reductos, regno subiecerat:
 Childeberti filij, qui in Hispanias pe-
 netrarit, ac inde reuersus monasteriũ
 S. Germani fundarit: Caroli Mar-
 telli, qui Saracenos in Gallia deleue-
 rit: Caroli magni, qui in Hispania Sa-
 racenos coegerit, vt catholicos in-
 colas quiete sua religione frui sine-
 rent, & Alphonsum Galliciaẽ regem
 & Balearẽs insulas in clientelam ac-
 ceperit: Caroli V. sapientis, qui Ber-
 trando Giscelino, in Hispaniam mis-
 so, Petrum Castellæ regem crudelem
 regno deiecerit, & Henricum susse-
 cerit: & affinitatibus cum Hispaniæ
 regibus, à Francisco I. Henrico I. I.
 Carolo IX. contractis, demonstrat.
 Nunc autem, conuerso rerum sta-
 tu, dum in Gallia, impijs hæretico-
 rum furoribus omnia misceantur, l.
 PHILIPPVM Hispaniæ regem, verẽ
 catholicum & religionis Catholicæ
 custodem & defensorem, diuinitus
 excitatum esse: qui Traiano, Theo-
 do-

dosio, Ferdinando catholico, Ma-
 ximiliano Cæsari proano; Carolo
 V. patri, rebus pro religione catho-
 lica gestis longe antecellat, & Re-
 gnum Gallix, duabus in obsidioni-
 bus, ab Hæretici tyrannide, cum ex-
 ercitu, duce Parmensi vindicavit, nec
 regnandi cupiditatem religioni vn-
 quam prætulit, imò nullis vnquam
 regnis aut prouincijs præesse volue-
 rit, in quibus non catholica Roma-
 na religio regnaret, similem Fran-
 cisci I. & Henrici II. Gallix regum
 voluntatem fuisse, & principum
 Guisiorum, qui Gallicæ gentis Mac-
 cabei & lumina splendidissima, pro
 fide & religione catholica, suam
 sanguinem, vitamque ipsam pro-
 fuderint. Hispaniæ verò regem ca-
 tholicum secundum Deum, velut
 liberatorem suum Galliam agno-
 scere. quæ hæresibus in eam irrep-
 eritibus, & bellis inde exortis afflicti-
 ssima, etsi ab octo summis Pontificib.
 adiuta sit, hos tamen omnes, vnus
 Hispania

Hispaniæ regis munificentia superatos esse. Itaq; immortales se ipsi gratias agere, & precari, vt deinceps etiam præsentis auxilio ipsis succurrere & flagranti Galliæ incendio remedium afferre pergat. His enim gradibus, in cœlum, ad perpetuam & immortalem gloriam, Regem Catholicum viam sibi patefacturum esse.

Sic inchoatis Comitiorum, noui Regis eligendi causa indictorum, actionibus; post aliquot dierum deliberationes, visum est Ordinibus cōgregatis: Cùm multi principes Regij sanguinis, & alij officia coronæ publicæ gerentes, aliquot itē Cardinales, Episcopi, Prælati, & alij Catholicæ Religionis addicti, Nauarræo adhærentes, ad hæc comitia nõ accesserint; hos quoq;, fidei & iurifurandi sui, quo ecclesiæ & patriæ deuincti sint, per literas admonendos esse; eosq; hortandos, vt coniunctis cum cæteris Catholicis ordinibus consilij, rationes & media iuuanda

uandæ salutis publicæ, & pacis in re-
 gno restituendæ, inueniant. Hi re-
 spondent, etsi non teneantur ad Du-
 cis Maiennæ postulationem quo-
 quam accedere, tamen Christianis-
 simi Regis sui, clementissimam erga
 miseros subditos voluntatem suam
 declarantis concessu, se, nominato
 tempore & loco idoneo, cum cæte-
 ris de Republica & pace collocutu-
 ros esse. Cùm autem aliquot heb-
 domadas durante collatione, Ca-
 tholici ordines à confœderatis euo-
 cati hoc vnum præcipuè cognosce-
 re cuperent, an Rex tandem disce-
 dere à Religione hætenus professa,
 & antecessorum suorum Religionē
 catholicam Romanam amplecti ve-
 lit: Rex, vtriusq; religionis ordines,
 cum principibus sanguinis, & tota
 nobilitate, ad 15. Iulij, se, in Carnu-
 tum oppidum conuocaturum o-
 stendit, cùm intelligeret suos quoq;
 Catholicos ordines, hætenus sibi
 coniunctissimos, plerosque ipso de-
 serto,

ferto, noua inter se consilia aduersus regem agitare. Cuius consilij causas illi ostendebant, quòd hactenus, dum de legitima persona & iure successionis regni disceptatio fuisset, summa fide, vt subditos fideles decet, Regem iuuissent. Nunc verò, cù hostes ipsius, confœderati plerique ipsum Regem agnoscere non detrectent, modò Catholicam religionem Romanã profiteatur; idq; regia Maieestas recusat, non se diutius, propter singularẽ regis de religione opinionem, se suosq; liberos, ad extremam mendicitatem redigere, & regno extremam vastitatẽ & Hispani tyrannidem attrahere velle. Inter ea rex docetur, Carolum comitem Mansfeldium, Petri Ernesti filiũ, Hispani ducem, in Picardia, non habitacionis de pace institutæ ratione, hostiliter grassari. itaq; ipse etiã, assumptis 1500. Anglis, totidem Heluetijs, & 2000. Gallis, & 800. equitibus, Druidum urbem ex improvi-

so obsidet, & 12. Iunij occupat.

Abrupta igitur collatione de pace, qui Parisijs erant confœderati, cum Hispani & Pontificis legatis, de alterius Catholici regis electione tractant. vbi dux Feriæ, Hispani legatus, tandem mandata sua aperiens, proposuit, vt infantem Hispaniæ Isabellam, Henrici Galliarum regis neptem, Reginam crearent, eique maritum, Ernestum Archiducem Austriæ adiungerent. Ita Hispaniarum regem, conseruandæ religionis & reipublicæ Gallicæ causa, tantum pecuniæ & militum in Galliam missurum, vt facile funditus euerti hæreticus princeps Biarnensis, (non enim Galliarum aut Nauarræ regem nominare dignabatur) ac extirpari possit. Respondent ordines Galliarum confœderati, lege Salica non licere sceminam in regno Galliarum succedere; multò minus, extra regnum natam, Reginam creari. Quod si Hispanus, principem Gallicum, ex domo Lotharingica,

ad

ad coronā promoueri sinat: acquiescere se, vt Hispanam coniugem electus ducat. Ad hæc Hispani legatus, cum foeminas Lex Salica excludat, nolle se amplius infantis Hispanicæ vel Ernesto vel Gallico principi coniugio iungendæ mentionem facere. Sed quia diutius capite certo regnū carere non possit: Regem Hispaniæ, optimè cupientem Galliæ regno; eadem, quæ filia suæ, si regina designaretur, auxilia obtulerit, nihilominus præstiturum esse, modò Ernestum Archiducem Austriæ regem renuncient.

28. Iulij.

Tandem verò, mense Iulio, Henricus Guisus, Henrici, ab rege Henrico III. ante quinquennium interfecti filius, 23. annorum iuuenis, à quibusdam confœderatis, Guisij imprimis, nominatus ac electus est. Sed intercedente senatu Parisiensi summo, quem Parlamentum nominant, & testante, non nisi Sanguinis regij principē, legitimè regem creari
pos-

posse, nondum proclamatus, nec ipse titulo regio uti voluit.

Interea HENRICUS Gallia & Navarra Rex, periculorum ingentium mole ac diuturnitate, & Nobilitatis, quæ hætenus summa fide ei adhæserat, verum, nisi ad pontificiam religionem rediret, ab ipso defecturæ, precibus, querimonijs & pollicitationibus victus: quòd aliter bellis civilibus finis imponi non posse; volentibus Gallis omnibus ipse imperare; & Gallia ex Hispani faucibus eripi nulla ratione posse videretur: tandem sibi passus est persuaderi, ut deserta, quam hætenus coluerat, reformata, quam nominant, religione, Pontificiæ se iterum adiungeret. Quare Idibus Iulij Iuliani, die natali ^{15. Iulij} suo, nudis pedibus, cum candela, templum S. Dionysij ingressus, & Archiepiscopo Burgensi confessus & ab hæresi absolutus, Missam Pontificiam, magna solennitate ab Archiepiscopo celebratam, rursus au-
 B dire

Ludoicum

dire cœpit, ac priores concionatores ex aula remouit. Legatos etiam, ducem Niuersium & alios summos viros, ad Pontificem Romam destinavit, qui Regiam conuersionem, & cum Ecclesia catholica Romana coniunctionem, approbati & confirmari petant, & obedientiam Pontifici promittant. Hæc summo cum populi Parisiensis, & Parlamenti, ac multorum principum catholicorum gaudio, sed frementibus ac indignantibus Hispanis & factioni illi addictis prælatis & monachis, excepta sunt. Induciæ etiam trium mensium, in Gallia sancitæ, & postea totidem menses prorogatæ sunt, intra quos, de perpetua & generali pace constitueretur.

21. Iulij.

2. August.

Exequiæ funeris Henrici III. regis, ante quadriennium à monacho in castris ad S. Clodoueam interfecti, ad S. Dionysium, solennitate & ritibus in regio funere consuetis peractæ, & finitis sepulturæ cere-
mo-

monijs, Henricus III. rex Galliaë & 1593.
Nauarræ, publicæ renunciatus est.
Interea legatus Pontificius, cum Hi-
spano, Parisijs, Henrici Guisij ele-
ctionem, à cæteris ordinibus ratam
haberi vrget, & Nauarreum toties
relapsum, ac episcopos, quibus in
religione Catholica informandum
se præbuerat, & archiepiscopum
Burgensem, à quo absolutus erat,
pariter ex Ecclesiæ Christianæ com-
munionem eiectos, diris deuouet. Ro-
mæ etiam, regis Hispaniæ agentes
ac ministri, apud Pontificem summa
contentione instant, vt legati sui ex-
communicationem, Parisijs latam,
confirmet: nec vllos à Nauarreo Hy-
pocrita legatos audiat vel in urbem
admittat. alioquin illis vna porta in-
gradientibus, se altera egressuros es-
se minantur. Cum igitur Dux Ni-
uersius, qui caput legationis Na-
uarreæ futurus erat, virum nobi-
lem, Romam, petendi à Pontifice
commeatus causa misisset Clemens,

vt in negotio adeo exulcerato, consideratius ageret, octo delectis Cardinalibus deliberationem commendat, qui cum æqualibus votis inter se dissiderent: in generali consistorio causam proponit. vbi maiori parti visum est, legatis Nauarræ aditum in urbem, & mandata sua exponendi facultatem, commodè negari non posse. cum nihilominus integrum Pontifici futurum sit, illis auditis constituere, quod ex sua & ecclesiæ Romanæ dignitate & vsu fore existimabit. Et tamen postea Niuersio in Longobardiã progresso, nuncius Pontificius obuiam missus est, qui cum Legati Nauarreni personam gerentem, in urbem non admissum nec auditum iri significabat. Sin priuatim, proprio nomine aliquid petiturus veniret, aditum ei liberum patere. Tandem igitur, 26. Nouembris Gregoriani, Romam ingressus est dux Niuersius, quem clementer & placide Pontifex proximis diebus ali-

aliquoties audiuit. sed paulò post, exeunte Decembri, re infecta dimisit: non quidem simpliciter negans Nauarreo Absolutionem, sed differens, donec illustriora poenitentiae signa cerneret. In Gallia verò, Regis Nauarrei, post reditum ad Pontificios, res & spes magis etiam dubiae & suspensae, quam antea, initio videbantur. & Hispani nouae copiae circiter 4000. ex regno Neapolitano & Tarraconensi, Finale ante trimestre appulerant, quas Lugdunensis vr̄bis Gubernator, dux Nemorensis, Mainij frater vterinus, in vr̄bem recepturus erat, vt arcem & vr̄bē Lugdunensem, cum vicina prouincia, in Hispaniae Regis potestatem traderet. Sed literis interceptis, & archiep. ac senatui re patefacta, Dux Nemorensis à Lugdunensibus captus & custoditus est mense Septembri. In Britanniam quoq; minorem, recentes Hispanorum milites nauigijs transportati, & arces ac op-

pida totius prouinciæ nouis praesidijs firmata sunt.

1593.

cepit ob-
fidio 18.
Martij.

15. Iunij.

In Belgico MAURICIVS comes Nassauia, VVilelmi principis Vrania filius & Mauricij electoris Saxoniae ex filia nepos, Hollandiae Gubernator, Iuuenis ante annos annumque gerens, curasque viriles; GERTRVDIS montem, oppidum munitum, in Brabantiae & Hollandiae finibus situm, tres iam menses circumuallatum, vi & fame ad deditorem coactum occupat: frustra affidente cum exercitu Petro Ernesto comite Mansfeldo sene (cui, post Parmensis obitum, Belgici gubernationem vicariam Hispaniae rex commendauit) qui soluere obsidionem irritum conatu instituerat. Oppidum, VVilelmi principis Vranij viduae, Amyralij Gallici filiae inhabitandum à Mauricio priuigno, traditum est.

Soror verò Mauricij, Loyfia Iuliana, VVilelmi ducis Vranij & Carolæ

rolæ Mompenseriæ filia, iisdem diebus, dum frater victoriâ insigni ad Gertrudisbergam potitur; FRIDERICO electori Palatino, Ludouici filio, adolescenti, viceſimum ætatis annum agenti, matrimonio iungitur Tillebergæ: quo ex Hollandia, per Stadam ad Albim, & Luneburgam, & Haſſiæ oram, ad comitem Nassaënſem agnatum traducta erat. Nec prius ferè, vicinis Palatinatui principibus, & ſubditis plerisque, de his Nuptijs conſtitit, quàm peractas fuiſſe allatum eſt.

Paulò poſt, vicinus Palatino Princeps optimus, & eccleſiæ ac literarum Nutritius ſingularis, LUDOUICVS, Dux VVirtebergensis, Chriſtophori filius, cum 25. annos patriæ ſumma cum pietatis, clementiæ, iuſtitia, benignitatis ac munificentia in eccleſias & literarum ſtudia laude præſuiſſet: vixiſſet 40. rebus humanis exemptus eſt, nulla relicta ſobole ex ſe nata. Quare ſobrino propior

FRIDERICVS comes VVirtebergen-
 sis & Mompelgardensis, Dei benefi-
 cio nemine aduersante, in toto Du-
 catu tranquille & pacificè successit:
 & sinceram euangelij doctrinam, or-
 dinem ecclesiarum, studiorum, do-
 ctinæ in Academia & monasterijs,
 Leges, Iudicia, disciplinam, & om-
 nes administrationis Politicæ partes,
 ab antecessoribus, Christophoro
 Patruale, & filio illius Ludoico, piè,
 sapienter & feliciter constitutas, fi-
 deliter tuetur & conseruat.

EBERHARDVS comes VVirtebergen-
 sis & montis Pelicardi primus.

Ludoicus primoge-
 nitus Vraci aulae se-
 dem habuit.

EBERHARDVS sapi-
 ens, fundator Acade-
 miæ Tubingensis 1477.
 Primus DVX VVIR-
 tebergen- 1495. ⊕ 1496.
 cui Eberhardus II. Patruelis
 Vlrici filius, biennium succes-

VLRICVS comes VVir-
 tebergen- 1480.
 Stutgardia
 habitauit ⊕ 1480.

Eberhar- HENRICVS
 dus II. pul- comes VVir-
 sus 1498. tebergen-
 sis
 & Mompel-
 gardi.

B

fit Huic 1498 pulso, VLRICVS,
Henrici, fratris Eberhardi I. filius.

VLRICVS DUX VVirtebergensis cepit 1498. pul- sus 1519. restitu- tus 1534. ⊕ 1550.	GEORGIVS comes VVirteb. & montis Peli- cardi cui seni natus.	MARIA vxor Hen- rici ducis Brunsvuic. I V L I V S conditor Academiae Iuliae. HENRICVS Iulius dux Brunsvicenf.
 CHRISTOPHO- RVS ⊕ 1568.	 FRIDERICVS, Ludoico in Du- catu VVirteb. successit.	
 LVDVICVS ⊕ 1593.	 Ioannes Fridericus.	

Ex sorore verò Ludoici VVirte-
bergensis natus, MAVRICIVS, Has-
siae princeps, VVilelmi filius, Phi-
lippi nepos, patri recens defuncto,
in gubernatione patriæ succedens,
coniugem sibi, ingenio, pietate &
forma illustrem puellam, sobrinam
suam, delegit HAGNEN, filiam Ge-
nerosissimi comitis, IOANNIS GE-
ORGII Solmensis, Laubaci sedem
habentis, cum qua, Cassellæ, sacrum

Nuptiale, 13. Sept. celebravit. Genealogiæ partem ascribo.

Ludoi- MAGNUS PHILIPPVS comes Sol-
cus Haf- dux Mega- menfis, vxor, Adriana Ha-
fiæ Landg. politanus. naënfis, mater duodecim
liberorum,

VVilelmus—AN—Otto, poste- REINHAR-
medius Haf- NA. rior maritus dus, celebris
fiæ Landgr. ⊕ 1509. ⊕ 1522. militum dux
apud Caro-

PHILIPPVS FRideri- ex Anna, apud Caro-
Landg. Hass. cus ma- Lud. Cast- lum V. cuius
dux fœderis gnus, co- miri comi- insignis de re
Smalcaldici, mes Sol- tis Hoën- militari liber
natus 1504. menfis. lonensis extat.
⊕ 1567. filia.

Vilel- IOANNES Ot- ER- Herman A-
mus GEORGIUS, to. NE- dolph, Cano-
⊕ 1592. ex Margarita STVS. nicus Co-
Schonbergia. lon. & Ar-
gentin.

Reinar- Georgius Eber-
dus. hardus &c.

MAVRI—HAGNES Philip- Fri- Chri- Al-
cius, Land- nata 1578. pus de- flo- ber-
gravius 7 Ianua- Geor- ri- pho- tus,
Halsiæ, Ha- rij. gius. cus. rus. &c.
gnen sobrinam sibi connubio iungit.

Princi-

Principio anni, inter Ioannem Georgium, marchionem Brandeburgensem, Ioachimi Friderici Administratoris primatus & Archiepiscopæ Magdeburgensis, filium; & Carolum Cardinalem Lotharingū, Caroli ducis Lotharingiæ filium, discordibus Canonorum Argentinensium suffragijs electos Episcopos, Bellum, iam in nonum vsq; mensem gerebatur: quod à Commissarijs Imperatoris, Adamo Gallo Pope-lio à Lobcovvitz & cæteris, mense 17. Febr. Februario tandem sedatum, & arma vtrinq; deposita, ac miles dimissus est. Constituerat enim Imperator sex electores ac principes, Moguntinum, Saxonem, archiducem Ferdinandum, Palatinum Philippum Ludoicum, Iulium episcopum VVurceburgensem, & Ludoicum Landgraviū Hassiæ, qui controuersias inter partes cognoscerent, & amicè vel iudiciario processu dirimerēt. Interea, donec de administratione episcopæ

pæ

pæ & redditibus, pendente trans-
 actione aut lite, conuenisset: Caro-
 lus Cardinalis Lotharingus, arces
 & oppida, Zabern, Hohenbarr, Ko-
 chersberg, Molsheimum, Benfeld,
 Schirmac, Mundat, Sulte, Ruffach,
 cum cœnobijs & alijs antiquitus ad-
 iunctis: Marchio Iohan. Georgius,
 Oberkirch, Ettenheim, VVentze-
 navv, Marxheim, Reinavv, Dach-
 stein, Marlenheim, cum redditibus e-
 piscopi in vrbe Argentinensi, tene-
 bunt, ijsq; fruuntur, & subditis liber-
 tatem conscientia, & priuilegia ac
 consuetudines pristinas relinquent:
 nihil vi contra se mutuo vel quen-
 quam alium attentabunt: sed peti-
 tiones suas, siue proprietatem siue
 possessionem, siue damna, aut sum-
 tus factos spectent, coram sex depu-
 tatis principibus legitimè propo-
 nent, iudicio se citati sistent, & iudi-
 cato absque contumacia parebunt.
 Eodem modo Canonici summi tem-
 pli, Curiam fratrum Argentinæ te-
 nentes,

nentes, & cæteri ab his dissentientes, deputatorum principum iudicio se subiicient, & redditibus, quos hæcenus singuli tenuerunt, donec de illis deputari Cæsaris commissarij, amicè vel iure, aliter constituerint, tranquillè fruuntur. Senatui Argentinensi VVasselnheimum Lotharingus restituet, & Collegia, Hospitalia, Scholas, & ciues priuatos, suis prædijs & redditibus, in toto episcopi territorio, quietè vti frui sinet, & de damnis datis, & impensis belli, postulanti coram sex deputatis respondebit, & iudicatum soluet. Ernestus Fridericus etiam, marchio Badensis, qui se Ioanni Georgio & Argentinensibus contra Lotharingum cum exercitu coniunxerat, restitutionem comitatus Bitsensis, cum interceptis redditibus, & impensas belli à Lotharingo repetens, & Carolus comes in Hohenzollern, eiusdè comitatus nomine querelas suas coram sex Deputatis proponent, qui

vtraq; parte audita, vel amice transigent, vel de iure pronuntiabunt. Captiui, qui arma non gesserunt, vtrinq; tolerabili conditione liberi, ad suos redibunt. Omnes, qui alterutri parti, consilio, opera, manu seruiertunt, pacis huius beneficio fruuntur. nec in arcibus & oppidis supra nominatis præfidiavilla, nec præfecti nisi Germanici collocabuntur.

Etsi autem ad tractationem causæ Argentinensis, à sex deputatis principibus partes: ad 19. Martij Spiram citatæ erant: tamen mense Maio demum actio inchoata est, vbi, cum inter cætera, de territorio episcopi Argentinensis, sex principibus, Cæsareæ Maiestatis commissarijs, ceddendo, donec amicè vel iure controuersia finiretur, sub delegati proposuissent, tres ferè menses consumti, nec tamen ad causæ principalis tractationem peruentum est. Sub delegati igitur, interpolantes actionem, se ad Cæsaream Maiestatem

quæ

quæ hæcenus accidissent, referre velle ostendunt, ac iubent interea partes pacem colentes quiescere, & mense Nouembri, Francofordiam ad continuandam actionem inchoatam redire.

Ioannis Georgij, electi Episcopi Argentinensis, frater natu maior, Ioannes Sigismundus in Borussia profectus est, vt Ill. principis, Alberti Friderici (cuius, patruelis sui, curator, Georgius Fridericus, quindécim iam annos fuerat) filiam Annam, coniugem duceret. Nuptiæ sequenti anno in magna legatorum Regionum & multorum Principum frequentia feliciter & tranquille peractæ sunt, 20. Octob.

ALBERTVS, marchio Brandenburg. quem Achillem Germanicum nominant, ⊕ 1486.

IOANNES, elector Brandenburgicus
⊕ 1499.

⊙

FRIDERICUS in Franconia sedem habuit. ⊕ 1536. vxor Sophia, Casimiri regis Poloniae filia.

✕

Ioach-

Ioachimus I elector ⊕ 1535.	Albertus Archiep. Mogunt. & Mag. deburg. ⊕ 1545.	ALBER- tus dux Borussiae I. ⊕ 1568.	Casi- mirus ⊕ 1543. 1527.	GEOR- gius ⊕
Ioachimus II. ⊕ 1571.	⊕ 1545.	Albertus Frideri- cus dux Borussiae æger.	Alber- tus di- dericus tione pulsus 1554.	GEOR- gius Fri- dericus curator Duca- tus Bo- russiae ⊕ 1557. 1578.
Ioan. Georgius ele- ctor adhuc superstitis.				
Ioachimus Frideri- cus administ tus & Arch Magdeb.	Primas			

Ioan. Georgius electus Episco- pus Argentinen- sis 1592.	IOAN. Sigismun- dus, gener Friderici ducis Borussiae ♀	ANNA, sponsa Io- an. Sigif- mundi. ♀
---	---	---

¶ Julij.

In Harcynijs montibus, Thuringiam & Saxoniam dirimentibus, Ernestus comes ab Hoenstein, Volcmari VVolfgangi filius, sine liberis maribus moriens, familiam simul finivit. cuius arces & prædia, ad duces Brunsvicenses feudi Dominos, in arce Guelforum & Grubenhagen sedem habentes, redierunt. Genealogia

logiæ Hoensteinensis partem, supra, Lib. 15.
Anni 1541.
V Vilelmi episcopi Argentinensis o-
bitum annotans, recitauit.

AQVISGRANENSIS discordiæ inte-
stinae femina, ex religionis diffidijs
orta, exeunte anno 1580. recitauit.
Cum autem, Reformatæ religionis
ciues, non modò publicum religio-
nis suæ exercitium, frementibus Ca-
nonicis & Senatu Pontificio, habe-
rent; Verùm etiam in senatum reci-
pi, & consules suæ religioni addi-
ctos creari vellent; & (aduersante
senatu veteri, in quem more maio-
rum & vigore Senatusconsulti anno
1560. à tota ciuitate, sanciti tan-
tùm Pontificij legebantur) ipsi, con-
sules suæ religionis constituissent:
antiquus vrbs magistratus, ex solis
Pontificijs constans, à Canonicis &
duce Iuliacensi vicino incitatus &
adiutus, accusationem nouorum
Consulum & ciuium reformatæ re-
ligionis coram Cæsare Rodolpho
instituit. Qui seuerissimis mandatis,

C

Rem-

Rempublicam in priorem statum re-
 stitui vrgebat. Cùm autem noui con-
 sules & senatores, pacem religionis
 in Imperio lancitam prætexerent, &
 cæterorum Augustanæ confessionis
 Principum & ordinum intercessione
 vterentur: Cæsar in comitijs Augu-
 1582. stanis, de consilio ordinum Imperij,
 archiep. Treuirensis, & elector. Sa-
 xoniæ commissarios constituit, quo-
 rum subdelegati Aquisgranum pro-
 fecti, vtramque partem audierunt, &
 principali causa indecisa, Relatio-
 nem suam & acta omnia denuo ad
 1584. Imperatorem remiserunt. Is in iudi-
 1593. cio aulico controuersia cognita,
 27. August. tandem huius anni mense Augusto,
 (pridiè ante quàm Siseccum à Tur-
 cis captum est,) sententiam admo-
 dum seuerã aduersus accusatos pro-
 nunciavit: Non licuisse illis, nec de-
 buisse in Cæsaris vrbe & sede Regia
 Aquisgrano, vel in religione aliquid
 nouare, vel Magistratum & Guber-
 nationem vrbis de facto inuadere.
 Ideo-

Ideoque quæ ab ipsis hæcenus in eo suscepta sint, cassari & aboleri, & omnia in veterem statum, qui ante susceptas has nouationes, anno 1560. communi senatus & ciuitatis totius decreto sancitus fuerit, restitui, & actores in pristinum locum reponi debere. nec deinceps, in electione Consulium, Senatus, & personarum senatui seruentium, nisi iuxta decretum anni 1560. procedendum esse. Insuper omnis litis expensas, actoribus refundere, & pro damnis satisfacere, accusati iubentur: reseruata nihilominus Cæsareæ Maiestati pœna pro delicti merito de damnatis sumenda, & salua Duci Iuliacensi & Actoribus potestate, reliqua etiam sua Iura, querelas, & postulationes, aduersus eos coniunctim vel seorsim legitime persequendi. Huius grauissimæ Sententiæ promulgationem, paulò post secutum est Mandatum, quo sub pœna proscriptiois, intra sex hebdomadas,

G. O. Rob.

parere, & omnes latae sententiae partes exequi, & documentum partitionis sufficiens, exhibere intra certum diem iubentur. Damnati igitur Reformatae religionis Aquisgranenses Consules ac ciues, à Principibus & ciuitatibus Augustanae confessionis praecipuis consilium & patrocinium
 1594. petunt, qui in Comitijs Augustae de-
 nuo pro eis intercedunt, ita vt executio adhuc quidem sustineatur.

1592.

17. No-
uemb.

SIGISMUNDVS Poloniae rex, Sueciae regnum, morte patris, superiori anno hereditate ad se delatum, aditurus; in comitijs regni Poloniae ordinibus, consilium ac institutum suum,

1593.

Mato.

exponit, & se iuuari publica contributione petit. Senatores, etsi in Polonia Regem manere, & officium suum administrare maluissent: tamen, si intra vnus anni & mensis spacium, constitutis in Suecia rebus, ad Polonos rediret, & reliquum vitae tempus apud ipsos deinceps exigeret; abeundi facultatem ipsi praebere-

bebant. Nuncij terrarum seu Nobilitatis, per Marscalcum, Regi, primū^{13. Maij.} de filia biduo ante nata gratulati, diutius à rege institutum iter differri, & pericula regno, absente capite imminetia, auerti orant. eumq; iurifurandi, quo se Poloniae regno obstrinxerat, subiectissime admonent. His, nomine Regis Cancellarius Zamoiscius respondet, se etsi idem cū reliqua Nobilitate sentiat, tamen nunc, non vt senatorem, sed Regium ministrum, Regis declarationē ipsis indicare. Regem enim, quod semel coronæ iurauerit, Regia fide præstiturum, & donec in his terris uiuat, apud ipsos manere decreuisse. Etsi enim necessariā proficiscendi in hæreditarium Sueciæ regnum causam habeat, quam in pactis conuentis cum hoc regno, sibi reseruarit; tamen, constituto tempore in Poloniã redire & perpetuò apud eos durare velle. Petere igitur Regem, ne intempestiuè cum retinendo ac pro-

craftinando, Regni ipsius hæreditarij negotijs detrimentũ aliq̄ adferant.

Iisdem diebus, Cæsaris Rudolphi legatus, baptismi infantis Regiæ testis futurus, aduenit, qui publicè à rege, præsentem magno Senatorum & Nobilitatis numero auditus, initio, Regis Sueciæ patris obitum deplorauit, & de successione in regno paterno, regi Sigismund. gratulatus est. Deinde Maximilianum fratrem, per legatos, de Beutinensi transactione lurciurando confirmanda, denuò admonitum esse: eumque si contra regnum Poloniæ aliquid moliri vellet, à Cæs. M. non adiutum iri ostendit. Horratur regem & Senatores, ne rumoribus hominum maleuolorum, de practicis insidiosis Coronæ Polonicæ structis; fidem habeant. Proficisci hæc ab ijs, qui priuati commodi causa Rempublicam & administrationem Regiam turbare cupiant. Postremo, Senatores regni, nomine Cæsaris clementissimè salu-

salutat, & omnia Reipublicæ & ipsis salutaria precatur. Huic nomine Regis, Tarnouius Vicecancellarius: nomine Senatorum, Baranouius episcopus Plocensis, responderunt. Sed cætera huius conuentus negocia volens omitto.

Rex, constituta Poloniae Gubernatione, cū regina, & sorore, nauim VVarfauia ingressus, per Vistulam fl. quadringentorum peditum Vngarorum præsidio stipatus, in Prussiam secundo flumine descendit. & paucos dies Toronæ & Marieburgi moratus, Dantiscum peruenit. Vbi mensem integrum desidens, ex consularijs terrarum Prussiae & alijs, Iudicium constituit, in quo controuersia terrarum Borussiae cognita deciderentur. Tornæ ac Elbingæ, Tempa primaria, Pontificijs adiudicata sunt. A Senatu Dantiscano, episcopus Vladislauensis, Hieronymus Roseradzeius, origine comes à Pomersdorff, summa

4. August.
Iulian.

12. August.

contentione ac importunitate Templum Marianum flagitavit, & omnino cum Rege missam in eo templo Dominica Christi lachrymantis ob interitum suæ gentis, celebrare decreuerat. Sed dehortantibus regem, tum alijs, tum vero quodam regni Sueciæ legato, qui Suecorum etiam animos, violenta hac Religionis mutatione offensum iri monebat: controuersia illius decisio à Iudicibus ad comitia regni reiecta est. An-

1593. na, soror Regis, confessioni Augustanæ adiuncta, templi Mariani concionatores M. Conradum Brakermannum, & M. Michaëlem Coletum, ad se vocatos, docentes audiuit. Tandem Rex multorum controuersijs dijudicatis, omnia in vrbe tranquilla, & in pristino statu relinquens, ad Vistulæ ostium descendit.

30. August.

Iuliani.

6. Septem.

Vbi sex dies commoratus Nauiconscensa, cœlo sereno, ac vento secundo: postridiè, reslantibus aquilonibus, in sinum ad oppidum Heil relatus

latus est, vbi iactis anchoris, prætoriam cum paucis alijs, octiduum substitit. plures ad ostium Vistulæ redierunt. Tandem pridie exaltatæ ab ^{13. Sept.} Heraclio crucis, denuò Rex, cum tota classe, spirantibus austris vela committens, varijs iactatus tempestatibus in Sueciam transmisit & tandem Stocholmiam, regni metropolin, quæ 80. Germanicis milliariibus Dantisco abest, saluus & incolumis postridie Michaëlis adpulit.

Dum Dantisci rex desedit, omnia Dei beneficio pacata & tranquilla in vrbe fuerunt: excepto vnico tu- ^{23. August.} multu, cui causam, Poloni cuiusdam nobilis minister præbuit, obuium in foro, ad Libripendis ædes, baiulum, qui cum onere præteriens eum fortè attigerat, & cedere ex via iusserat, acinace grauiter vulnerans & cæteros eiusdem conditionis quorum magna ad Libræ domum frequentia esse solet, violentiam illius reprehendentes simili audacia adoriens.

Pluribus autem ut fit ad rixam concurrentibus, octo decemue Poloni ex proximis ædibus armati, baiulos inermes, fustibus tamen & faxis se defendentes, lethaliter vulnerant, & foro pellunt. Confestim clamor de Polonorum violentia & cædibus, passim in vrbe dissipatur. Ciues armati vndiq; in forum, paulò ante desertum, confluunt, & Polonos reprimunt. Qui cum se inferiores viderent, è fenestris vicinarum ædium globos in ciues eiaculantur. Ciues vicissim in Polonorum hospitia bombardas emittunt, ac tres quatuorue globi in Regiam domum euolarunt. Accersitur à Polonis præsidium Regium, pedites Vngarici, in suburbio, cui à longis hortis nomen est, collocati. Quos iam accurrentes, Motluæ pons pensilis subito leuatus, commodè exclusit. sic ingens ciuium cædes auersa est. Interea consules & Senatores aliqui, non sine vitæ discrimine, in vulgus armatum profiliunt,

unt, & ciues monendo, rogando, grauius appellando, tandem, Polonis è conspectu illorū se subducen-
tibus, tumultum sedant: cū 23. in-
terfecti, plures 50. vulnerati essent.
Portæ vrbis per biduum clausæ, do-
nec primus autor tam tristis tragœ-
diæ, Polonus quidam inuentus &
custodiæ traditus est. Inprimis ve-
rò, qui in hospitium Regium globos
eiecissent, diligenter inquisiti, &
per Tubicines, præmium indici
centum Vngarici promissi; conscijs
autem & dissimulantibus, si pate-
fierent, par cum autoribus suppli-
cium denunciatum est.

Cū autem omnium aures & a-
nimos, hoc biennio belli TURCI-
E I in Vngaria redintegrati fama
compleuerit: illius etiam historiam
summatim complectar. & paulò al-
tius exordiens, SERIEM IMP. P. Tur-
cicorum ab initio vsque ad præsen-
tem Amurathem III. breuissimè no-
tatam, præmittam.

TVRCÆ communem cum Tataris
 originem Scythicam habent: ea-
 dem ferè lingua, moribus, armis, &
 bellandi ratione nunc quoq; vten-
 tes. Nomen Turci seu vt ipsi pro-
 nunciant Iurchi & Tzurki, significat
 ipsorum lingua, *Nómades*, pastores,
 sine certis domicilijs, pascuorum
 causa, cum familijs & pecoribus a-
 gminatim vagantes. Quales nunc
 sunt Tatari, & Turcæ olim fuerunt,
 & passim in oriente adhuc Turcma-
 ni, Pastores ac rustici, eodem mo-
 re vitam degentes, mapalia secum
 sua circumferunt. & Ottomanum,
 qui prima splendoris & potentia ac
 Imperij familiae Ottomanicæ funda-
 menta iecit, ex armentarijs ortum,
 virtute & felicitate singulari, in mo-
 nomachia victo hoste, villam Oto-
 manzicam dono ab Aladine acce-
 pisse, & ab illa Otomanni nomen ad-
 eptum esse, Theodorus Spandugi-
 nus Cantacuzenus tradidit. Postea,
 crescente potentia & Imperio, pu-
 dere

dere Ottomanicos nominis Turcici
 cœpit : ita vt nunc, milites præcipuè
 & aulici, molestissimè ferant, si quis
 eos Turcos, ceu Rusticos, appellet :
 ipsi verò, non Turci, sed Musulmani
 (Orthodoxi, rectè Deum agnoscen-
 tes & colentes) nominari gestiant,
 Extat nomen gentis apud Plinium,
 qui eos in Sarmatiæ Asiaticæ seu
 Scythiæ tractu ultra Mæotidem ad
 Caucasum vicinos Tyssagetis collo-
 cat ; & apud Herodotum vicini Tyf-
 sagetis sunt *Ἰούραι* seu Iurchi & Iurkæ,
 vt hodie ipsi pronunciant. Sed eos,
 qui nunc in Asia dominantur, Tur-
 cas, Persici Imperij accolæ versus
 ortum ac septentrionem, quâ Tata-
 rorum Imperio iungitur (vbi regnū
 Turquestan, Haithonus ; & magnam
 Turciam, Paulus Venetus collo-
 cant) fuisse, ac inde in Persiam & reli-
 quam Asiam progressos esse, con-
 stat. Refert enim Haithonus, pri-
 mūm euocatos Turquimannos seu
 Turcas, à Persarum rege Hormisda,
 ingru-

Lib. 6.
 cap. 7.

Ἰούραι

ingruente Saracenorum irruptione
fuisse A. C. 640. Sed Saracenos præ-
uertentes priusquã coniungerentur
Turcica auxilia, Persas ingenti præ-
lio victos regno exuisse. Turcas ve-
rò, cum familijs, Nomadū more tar-
dus progressos, accepto victoriæ Sa-
racenicæ nuncio, in finib. Corasenæ
Persis finitimæ (Hyrcaniæ aut Sog-
dianæ) constitisse; cumq; viribus se
Saracenis impares viderent, sponte
missis Babylonem ad Calipham le-
gatis, se imperio illius subiecisse, &
aliquot seculis, auctos multitudine
ac viribus, & in multas nationes
propagatos, Caliphæ suasu, Maho-
metanam legem omnes amplexos
esse. Elapsis autem aliquot seculis,
cum Soldani Saracenorum, intesti-
nis seditionibus & dissidijs inter se,
& cum Calipha suo, agitati, bella
gererent: Mahometes, Persiæ Sol-
danus, Calipha viribus inferior,
Turcas vicinos aduersus illum exci-
tat, eorumque fide ac robore victo-
riam

riam obtinet. Sed stipendia illis promissa post victoriam soluere recusans, ab illis auxiliarijs suis bello petitus, victus, & regno priuatus est. Turci Persiæ regno potiti, Saracenorum potentiam intestinis bellis languēfactā cernentes, paulatim plures regiones ac prouincias in Asia subiungunt, donec tandem post annū Christi millesimum, proprio principe seu Imperatore electo Tangrolipecē Mucaleto vt Cedareus in Const. Mon. Tyrius, Selduchū: Haithonus, zadocum: Leo Afer Melisachum nominat, excusso Saracenorum iugo, ijsq; oppressis, primū dominari in Persia, & reliquis Asiæ prouincijs vsque ad Pontum Euxinū cœperunt, & Caliphæ titulo pristinae dignitatis, relicto, principē suum Tangrolipecē seu zadocum, Asiæ Imperatorem ab eo, volente nolente confirmari curarūt. Huic Dogressa filius; Aspasalē nepos: & cæteri, successerunt. quorum seriem Haythoⁿ cap. 15. recenset; qui
Aspa-

- Aspafalemi nepotem fuisse, SOLY^mmannum affirmat, qui Cappadocia & vicinis Asiæ minoris gentibus domitis, Niceam tandem occupavit, & cum Christianis Argonautis, Godfrido Bulioneo duce, Asiam primū aduentibus, & postea ad Antiochiā conflavit. Huius filius fuisse existimatur Aladinus, Turciæ Soldanus, Iconij habitans: nepos Masutus, à
1097. Conrado III. ad Mæandrum victus: Pronepos, Clizastlhanes, Emanuelelis Comneni & Friderici Barbarossæ
1147.
1173. Imp. ætate, qui Henricum Leonem Saxonix ducem hospitio excepit. Quatuor filios habuit, qui cum patre, ac inter se bellum gesserunt: eorumq; posterii similiter inter se mutuò grassati sunt. Interea in maiore Asia, Tataři, ab Armeniorum rege
1142. euocati, TURCARUM potentiam languefaciunt, ac Imperium destruunt. Qua occasione plures Turcæ, Tatarorum violentiæ cedentes, in minorem Asiam concesserunt. Vbi regia stir-

stirpe iam intestinis odijs & diffidijs
 vilescente, πολυκοιρανίη diuersorum
 Principum & familiarum extitit, ex
 quibus OTHOMANICA tandem suo
 quodam fato, cæteris oppressis, Im-
 perium sola obtinuit, & ad nostra
 vsq; tempora florentissimum propa-
 gavit. Recensetur autem in Anna-
 libus TURCORUM, recens latinè edi-
 tis, longa series maiorum Otho-
 manni, quos in Chorafene, Persis ad
 septentrionem & ortum vicina, ve-
 teri Turcorum sede, ante Tataricas
 impressiones præfuisse existimât. Cu-
 ius fide autoribus suis relicta, ORDI-
 nem Imperatorum TURCICORUM cō-
 tinuum, ab Othomanno, Rodol-
 phi I. Imper. quem Habsburgensem
 vocant, coætaneo; vsq; ad Amura-
 them III. qui nunc cum Cæsare Ro-
 dolpho II. bellum gerit, explicatam
 in tabella, oculis subijciam.

I. OTHOMANNVS, circa annum
 Christi 1300. Imperator belli con-
 tra Græcos delectus, Niceam &

D

Pru-

PRVsam Bithyniæ tandem cepit, eamque imperij Turcici sedem fecit
1327. ⊕ 1328.

I. ORchanes, Niceam recuperat, cui Solymannum filium præficit, qui ad Hellespontum vsq; imperio propagato, in Europam primus traiecit, & Callipolin occupauit. duobus ante patrem mensibus ⊕ circa 1358.

III. AMVRathes Hellespontum transgressus, plurima Thraciæ oppida, & in his ADRIANOPOLIN cepit circa 1360. Ianizaros instituit. cum Lazaro Seruiæ despota bellum gerens, in Cosouæ campis, a sicario interficitur 1390.

IIII. BATAZETHES I. Constantino-
polin obsedit. Sigismundum Vngariæ Regem ad Nicopolin vicit circa 1395. plerisque Turcarum principib. in Asia anteriore oppressis, ditiones ademit, qui exules, Tamerlanē Scytham

tham attraxerunt, à quo captus Bajazethes & caeuae ferreae inclusus: proceres verò in ditiones amissas restituti sunt, circa A.C. 1403. vt annales Turcici annotant, nostri 1397. Sex filios reliquit, qui reuerso in Scythiã Tamerlane, intestina bella de imperio decenniũ ferè gesserunt.

Solymanus. Moses. MAHOMETAS I. fratrum victor, regnum lacorum recollegit. Caramannũ à Prusæ obsidiõẽ depulit. V Valachos Transalpinos contra Sigismundum iuuuit.

VI. AMVRATHES II. Mustapham & Asiæ principes seditiosos opprimuit: V Valachiam tributariam reddidit, Seruiæ principem eiecit 1427. Thessalonicam capit 1431. Belgradum frustra tentat. Christianos ad Varnam prælio memorabili vincit 1444. pridie Martini. rursus in campis Cosouæ 1448. ⊕ 1450.

VII. MAHOMETHES II. Constantinopolin expugnauit 1453. die 29.

D 2 Maij.

Maij. à Belgradì obfidione depellit
 tur 1456. Sinderouiam capit 1459.
 Sinopen & TRAPEZUNTEM occupat
 1461. Lesbum 1462. Peloponne-
 fi oppida plurima subigit. BOSSÈ-
 nam Stephano rege interfecto, in
 prouinciam redigit 1464. Epirum
 1466. Eubœã Venetis adimit 1470.
 Vfuncassanum Persam prælio vincit
 1474: Scodram irritò euentu obfi-
 det. à Moldauo profligatur 1475.
 Capham occupat 1476. Scodram
 capit 1479. Rhodum frustra tentat
 1480. Hydruntem in Italia expu-
 gnat 1481.

BAIAZETHES II. cuius frater Ze-
 mes in Italia exulauit, Cheliam seu
 Achilleam, & Nesteralbã vrbes, ad
 Danubij & Tyræ ostia sitas, in VVa-
 lachia occupat 1485. cum Cairbeio
 Aegypti Soldano infeliciter bel-
 lum gerit 1487. vsq; 1491. euocatus
 à Ludoico Sfortia, Venetos oppu-
 gnat, Naupactum, Methonem & a-
 lias Peloponnesi vrbes Turcis subij-
 cit

cit 1499. 1500. Techellem religionis
prætextu in Asia tumultuantem pro-
fligat 1510. Selymo filio coactus
imperium cedit 1512.

S E L Y M V S, à cæde fratrum re-
gnum orditur. Hismaëlem Sophum
Persarum regem in campis Calde-
ranis vincit & Taurisium diripit
1514. cæso ad Singam fl. Campsone,
Alcairi Soldano, Damascum, Hie-
rosolymam & Aegyptum vniuersam
occupat 1516. ⊕ 1519.

S O L Y M A N N V S, Albam Græcam,
Vngariæ propugnaculum ad Da-
nubium expugnat 1521. Rhodum,
1522. exeunte. Ludovicum Vnga-
riæ regem ad Mohaciū cædit 1526.
euocatus à Iohanne Cepusensi, Vn-
gariæ regnum illi tradit, & V I E N-
nam obsidet 1529. redit ad fines
Austriæ 1532. Barbarossam, qui
Algieram ceperat, Imperio maris
præficit 1534. Ipse contra Thomam
Persarum Regem profectus, Meso-
potamiam & Babylonem illi eripit

1535. 1536. Aulonæ sedens Corcyram tentat 1538. Castellum Nouū in Dalmatia expugnat 1540. Mortuo Ioanne Cepusensi, à vidua euocat⁹, Ferdinandi exercitum, Budam obsidentē, profligat: Budæ Bassam præficit. Viduam cum filio in Transyluania relegat 1541. Pestū contra totius Germanici Imperij vires defendit 1542. Strigonium & Albam Regalē capit 1543. tandem Ferdinando Romanorum & Vngariæ Regi sub pactione annuæ pensionis, quā Tributum ille vocabat, Inducias concessit 1546. aduersus Persas denuò profectus, V A N O in finibus Mediæ & Armeniæ Beglerbegum præficit 1549. 1550. Tripolim in Aphrica occupat 1551. T E M E S V V A R in Vngaria & viciniam debellatam nouo B A S S A E tuendam commendat 1552. Mustaphā filium primogenitum Halepi interficit 1553. Zygethum frustra obsideri iubet 1556. Baiasethem filium succedere patri cupientem, cum prælio victus

victus ad Persarum regem confugisset, cum quatuor nepotibus, interfici curat, 1558. 1559. Christianos Tripolin recuperaturos, Turcæ, ingenti clade ad Gerbos deleuerunt 1560. Melitam frustra oppugnant, sed Chium Genuensib. eripiūt 1565. Euocatus à Iohanne Transyluano Solymannus in Vngariam ad Zigaretum moritur 1566. ætatis 76.

S E L Y M V S II. cum Maximiliano II. Imp. pacem fecit, singulis octennijs renouandam 1568. Venetis C Y P R U M eripit 1570. 1571. vincitur nauali prælio ad Echinadas. Tunetanum regnum in Aphrica, anno quadragesimo postquam à Carolo V. occupatum fuit, per Synamū Bassam, nunc in Vngaria copijs Turcicis summo cū imperio præfectū recipit, & Gulettā solo æquauit 1574. eodemq; anno exeunte obiit.

A M V R A T H E S III. cum Persarum rege Mahomete Hodabende (Dei

feruo) & illius filio, bellum varium ac diuturnum annos ferè quatuordecim gessit. Quo vix composito, in Christianos & Cæsarem Rodolphum, à cuius militibus Bassa Bosnensis & alij ad Sisciam recens interfecti fuerāt, arma conuertit 1593. cuius belli occasionem paulò altius repetam.

1592.

Superiore anno Turci, duce Hazan Bassa Bosnensi, in Croatiam ex Bosnia progressi, oppidum & arcem V Vihitz, quæ annos iam 150. orbis Christiani propugnaculum in eo tractu aduersus Turcas, firmum & incolume manserat, ex improviso obsessam aliquandiu & deditam occuparunt. & nouam, in vicinia, ad Colapin fl. ex roboribus arborum, munitionem, Pettiniam, vnà cum ponte, paucis diebus excitantes, in amœniss. agrum, inter Colapin & Sauum, longè lateq; rapinis & incendijs grassati sunt. Quæ insperata Turcarum impressio, ingentem terrorem,

rem, omnibus finitimis gentibus Austriacis & toti Germaniæ incussit. Has incursiones, vt à Thuropoliæ agris hæreditarijs, Thomas Erdeud, Slauoniæ Banus, auerteret: coniunctis secum Stiriacis & vicinorum copijs, è regione nouæ arcis Petrinæ & pontis recens ædificati, consedit: cum ex Slauoniæ & Croatiæ regnis, nondum omnes, quæ expectabantur, copiæ conuenissent. De his edoctus à proditore quodam, Bani Slauoniæ familiari, Hazam Bassa Bosnensis, per compendia viarum, nostros, nondum de numero & molitionibus hostium satis explorata omnia habentes, repente aggressus, à tergo multitudine copiarum circumuentos profigauit, ac elapso equitatu, pedites, imprimis Stiriacos immaniter concidit: & maioribus aliquot tormentis potitus est. Inde per totam Thuropoliam & populosissimas Sauï & Colapis ripas, impune vagatus, ad quatuor millia ho-

D 5 minimum,

minum, partim in deplorandam feruitutem ac morte tristiore, abduxit, partim trucidari curauit. Sissekium verò arcem, ad Colapis & Saui confl. sitam propter transitus in Stiriam, Carinthiam & Carniolam opportunitatem, aliquoties antea tentatam, omnino in suam redigere potestatem cogitabat. Sed Nicolai Miccacij præfecti, & militum præsidiorum virtute ac fortitudine singulari, repulsus eo tempore, obsidionem Sisseki, aliquot oppugnationibus frustra susceptis, deserere coactus est.

1593.

Præsentis verò anni æstate, Hazan Bassa, cum aliquot Sangiacbegis, quorum nouem suo subiectos imperio habet, reuersus, expugnata primùm Treschina, Episcopi Zagabriensis castello, ad Sissekij obsidionem, initio Iunij redijt, & disiectis vi tormentorum muris, & interdum noctuque continuatis oppugnationibus, actum iam de obsessorum salute & planè desperatum erat, nisi

Deus

Deus *ἰσχυρῶς* opem & salutem miseris tulisset. Etsi enim numero longè inferiores Turcis, Cæsareanorum copiæ, ex vicinis gentibus Austriacis collectæ, erant; quas Slauoniae Banus, & Auerspergius, & Rupertus Ekenberger, & alij viri nobiles, inter quos Melchior Rederus, baro Silesius, literis & armis clarus, ducebant: tamen cum in extremas angustias obfessi peruenissent, singulari magnitudine animi, constantia & virtute inuicta, hi duces, adductis in viciniam Sissecki copijs, Turcas, diuisa, trans & eis Colapin ponte iunctum, castra habentes, adorti; eos, qui à ceteriori ripa sibi occurrerant, profligarunt, & pontis parte occupata & disiecta, præcluso ad suos reditu, ad flumen propulerunt. cui se committere, & in aquis suffocari, quàm in victorum manus venire maluerunt. Cæteri, qui trans fl. hæserant, clade suorum consternati, fuga dilapsi sunt. Perierunt flumine obru-

obrutum, Hazan Bassa Bosnensis ipse, cum fratre: & Sinam Begus seu præses Clissæ, ex sorore Amurathis Turcici Imp. natus, & Memybegus seu præses Hertzegouinæ, quæ superioris Bosniæ, olim ducatus, metropolis fuit, cum inferioris Bosniæ, olim Regni, metropolis Bagnia Luca Bassæ hoc tempore sedes, fuisset.

Tantoperè autè Amurathes Turcarum IMP. hac suorum clade, in qua sororis filius, & ipse Bassa Bosnensis; & alij fortes viri cæsi, vel in Colapi submersi fuissent; exacerbatus est: ut accedentibus etiam supplicibus sororis suæ, vindictam miserabili voce ac gestu de interfecto filio poscentis, lamentationibus, & Sinami Bassæ cohortatione, & acceptæ cladis ignominia & dolore ardens, statim bellum aduersus Rodolphum Cæsarem, apertum decerneret; & Mahmetem, Bassam Thermesvvariensem, Bosniæ & Croatiæ vicinæ, cum mandatis belli persequeretur.

quendi, præficeret; & Beglerbegum Græciæ ipsi auxilio cum exercitu proficisci: Budensem verò Bassam & cæteros, arces limitaneas præsidijs munire, & collectum militem in castra educere, & Sinami Bassæ Vessirij, in Vngariam suo loco profecturi, imperio parère iuberet. Itaq; nostri, cum post profligatos ad Sisseccum Turcas, duorum ferè mensium respirandi spacio ijs concesso; tandem serò Petriniam castellum, Hrastovviæ vicinum, ad Colapinæ. superiori anno à Turcis munitum, obsidere coepissent; post paucos dies, ab exploratore Turca, spontè se ipsis offerente, quem tamen rursus è manibus elabi patiebantur, audientes Græciæ Beglerbegum aduentare, etsi magnis in angustijs Turci obsessi, pyrio pulvere destituti erant; ac de deditone iam inter se deliberabant; mox relicta obsidione retrocesserunt. Hæc fama renouati à Turcis belli, & Constantino-

poli

poli ac Budæ publicati, cum in Ger-
 mania percrebuisset : deposita tan-
 dem cunctatione, hæcenus vsurpa-
 ta, Constantinopolin versus, pen-
 sio annua, intra biennium non so-
 luta, Calendis Augusti Viennâ Go-
 morrhæ delata est. Sed mox adfe-
 rebatur, nouos exercitus Turcicos,
 Sinamo Bassa Imperatore, in Vn-
 gariam Budæ vicinam penetrare, &
 Græciæ Beglerbegi, quæ antecesser-
 rant in Croatiam, copias; non Pe-
 triniam solum obsidione liberatam
 conseruasse, verum etiam, Sissec-
 cum, vi expugnasse, ac præsidia-
 rios omnes, ac in his aliquot Ger-
 manos, immaniter trucidatos &
 concisos in Colapin præterlaben-
 tem abiecisse. postea Sauum trans-
 gressas, ad Sagabriam vsq;, direptio-
 nibus ac incendijs grassatas, circiter
 quinquies millia hominum in tristis-
 simam seruitutem abduxisse: & Sa-
 gabriæ obsidionem singulis mo-
 mentis expectari. Aliæ igitur ratio-
 nes

nes auertendi hostis ineundæ, & bellicæ defensionis consilia, acriore animo suscipienda fuerunt. Quotidie enim, Pegasarijs cursibus, Pragã honestissimi viri, Franciscus Nadaustus Vngarorum procerum Dux fortiss. Præfectus Iaurini Ferdinandus comes ab Hardec, Stirij, Carni, Carinthij & alij, conuolantes, magnitudinem periculi à Turcis imminentis exaggerabant, & nisi celerrimis auxilijs ab Imp. iuuantur, extrema se necessitate, ad deditiõnem Turcis faciendam, ineuitabili necessitate coactum iri, querebantur. Imperator itaq;, ex Boëmis, Silesijs, Morauis, Austrijs & cæteris hæreditarijs ditionibus quamplurimos militiae equestri ac pedestri nomina dare iubet, & præsidia in arcibus limitaneis auget, & legatos ad electores Imperij de comitijs Ratisbonæ celebrandis, & Turcica immanitate, coniunctis Romani Imperij auxilijs à reliqua Germania & orbe Christiana-

stiano depellenda, mittit. & maiores equitum peditumque copias ad verum futurum conducit: cum Sinamus Bassa, Vesprinio & Pallatta iam expugnatis, omnino Viennam se progressurum constanter minaretur.

VVESPRINIVM, cui Ferdinandus Samaria, & Georgius Andreas ab Hoffkirchen, cum praesidio 1200. militum praerant: Sinamus Bassa, 22. Septembris obsidere coepit; trinīs castris, propè urbem, in vias militares, Rabam, & Palattam ducentes, positis. Noctu excitatis aggeribus, ac duodecim machinis maioribus in eos subuectis muros quater tormentis Turci coeperunt, & praecipuum VVesprinij tormentorum magistrum in propugnaculo pila percussum trucidarunt. Cumq; eo die parum profecissent, postridie promotis propius ad murum aggeribus, ex diuersis sex locis ita tormentis fulminarunt, vt tutò consistere in muro & propugnaculis nemo ferè posset.

posset. deinde, aliquot impressioni-
 bus tentatis, tandem imbre largissi-
 mo, impedita sclopetorum eiacula-
 tione depulsi sunt. Quarto obsidio-
 nis die illucescente, magno impetu
 oppugnationem Turci renovarunt,
 & conscenso iam muro vexillum de-
 figere conati, à nostris reiecti sunt.
 Depulsi, globos ignitos in portam
 & ædificia lignea immiserunt, &
 muros prope portam ad solum vsq;
 deiecerunt. ac repetitis iuxta por-
 tam & arcem & alibi oppugnationi-
 bus, præfecti & militum animos ita
 languescerunt, vt desperata defen-
 sione, quia præsidij nihil à vicinis
 Rabæ & Pappæ præfectis appareret:
 Nocte secuta, secreto exitu VVe-
 sprinio egressi, fuga sibi salutem quæ-
 rerent. Sed Turci excitati, fugientes
 assequuntur, plurimos concidunt,
 præfectum ipsum Ferdinandum Sa-
 mariam & alios capiunt. Euaserunt
 Pappam incolumes Germani circi-
 ter 40. Vngari 54.

Pridie Michaëlis Palatam Turci cinxerunt. Vbi statim duo Vngari ad eos transeuntes, vbi commodissime tormentis arx peteretur, indicasse scribuntur. Cum verò Bassa, literis in arcem missis, præsiarios 400. ad faciendam deditiōē, quod tamen frustra repugnaturi essent, hortaretur: & incolumitatem discedentibus, & saluum conductum promitteret: sponte tradita arce egressi, per milliare vnum incolumes deducti, postea signo dato, vniuersi ferè trucidati sunt, vt ex omni numero tantum viginti quatuor salui euaderent.

Secutæ sunt res paulò secundiores. Cùm enim Sinamum Bassam, ingruente hyeme, militem in hyberna duxisse, ac ipsum, ab Amurate reuocatum, quòd Persæ ac Georgiani res nouas molirentur, Constantino-
polim Pegasario cursu contendisse, ex captiuis ac exploratoribus intellectum esset; Ferdinandus comes ab

Har-

Hardec, summus exercituum Vngariae inferioris Imperator, adiunctis sibi Husari Petri, Pappæ præfecti: Nadaſti; comitis Serinij; Palfij; & aliorum ducum copijs: ALBAM Regalem versus ducit. cuius suburbiorum, ac in ijs domicilium habentis Begi seu præfecti vrbis ac viciniae, potiundi spes ostensa fuerat. Miſſo igitur ad oppositam Vrbis partem Husaro Petro, inuadere suburbium media nocte iubet, qua ipse etiam, oppugnationis signum ab aduersa parte daturus sit, vt obsessorum in suburbij animos & vires distractas facilius opprimant. ac suburbium vnũ Husarus occupauit & incendit. Defendentibus verò urbẽ Turcis, visum est nostris, nec comœatu, nec munitionib. ad vsus necessarios instructis, ab vrbe discedere. Cumq; duo ferè milliaria retrocessisset: Postridie adfertur nuncius, Turcas magnis agminib. insequentes, prælio fugiẽtes aggredi decreuisse. Itaq; nostri sub-

E 2 sistunt,

fistunt, deliberant, aciem instruunt, hosti aduentanti occurrunt, ac fortiter dimicantes, Deo terrorem hostium animis incutiente, Ianizaros in fugam vertunt, & victoriam nobilem obtinent 24. Octob. Iuliani. Aga Ianizarorum captus, retulit, Bassam Budensem prælium dissuasisse, sed militum configere omnino cupientium importunitate & minis coactum, in prælium descendisse, quæ tribus vulneratum sclopetorum ictibus postea Budæ obiisse opinio fuit. Interfuerunt prælio, præter Bassam Budanum, Sanzachi seu Begi, Albæ Regalis, Strigonij, Pesti, Quinqueccleiarum, Moachij, Filleccij, Nouigradi, Zeschén, Copani, Zolnocci, Segedini &c. De numero caesorum nihil adfirmo. Ferdinandus comes ab Hardec parta victoria Iaurinum Rabam redijt.

In superiori verò Vngaria, Christophorus baro à Tieffenbach, munitam arcem Zabacca, vi expugnatam,

tam, Turcis ademit. vbi vnus diei quiete interposita, ad Fileckum arcem & oppidum celebre, duobus inde miliaribus distitum, Sanzachi Turcici sedem, copias duxit. Vbi concurrentes auxilio obsessis ex vicinis præfecturis, Turcarum copias, postridie Martini profligarunt. & admotis ad muros machinis oppidum oppugnare cœperunt. Sed hoc Turci ipsi incenderunt, & deserta arce ima, superiorem solum defendendam suscipientes circiter 800. præfidiarij, tandem pacti incolumitatem corporum, Christianis dederunt. Cuius deditiois fama, vicinos, qui castella Diuni & Hamasci tenebant, Turcos impulit, vt spontè diffugerent. Inde ad oppidum & arcem Zetschen, alteram Sangiaci Begi sedem, exercitus ductus, eam occupauit cum vicinis castellis Holloc, Samos, & Plauenstein, quæ præfidiarij spontè deserentes hosti venienti aperta reliquerant. Turci et-

iam aliquot, ex Alba Regia, Begum nouum, in arcem Palattâ recens occupatam deducentes, ab Hufaro Petro, Pappæ præfecto, mense Decembri fortiter profligati sunt. Sed cum ob anni tempus incommodius & pluuijs affiduis auctam viarum profunditatē, machinæ bellicæ prouehi, ac exercitus sub dio contineri diutius nequirent, in hyberna vtrinque concesserunt. Interea Budæ, magno desiderio, Sinam Vesirius Bassa expectabatur. Verum eo emanente Graciæ Beglerbegus, tandem Budæ, cum copijs non maximis, appulisse scribitur.

Ioannes LAVTERBACHIVS Poëta Nobilis & coronatus, DEO & Musis carus, qui Hailbronnæ optima studia multos annos rexit: die II. Octobris in cœlestium vatum collegium receptus est.

ANNO M. D. XCIII. ineunte,
SIGISMUNDUS Poloniae rex,
cum

eum superiore autumno, in Sueciam, ad capeffendum hæreditate fibi relictum à patre Regnum appuliffet: folenni ritu, Coronam regni accipere, die Epiphaniarum decreuerat. Sed de articulis Iuramenti, à rege præftandi, ac imprimis de Religione Auguftanæ Confeflionis libera, fola in omnibus regni Ecclefijs, fine vlla conditione relinquenda, & de archiepifcopo Vpfalienfî, qui preces & ritus facros in coronatione adminiftraret; diffenfio inter Regem & ordines regni, ac difceptatio diuturnior & acrior interceffit.

Rex enim, qui legatum Pontificium, Francifcum de mala Spina, Urbini epifcopum, in Sueciam fecum duxerat, omninò Pontificiæ etiam Religioni locum in templis & urbibus regni, Stocholmiæ præcipue, tribui vrgebat: & à legato Romani Pontificis coronari cupiebat. Vpfalienfem verò archiepifcopum (ad quem inftituto & more maiorû

alioquin consecratio pertinebat) superiori anno in Synodo pastorum regni generali electum, quod Lutheranus esset, & patri suo, regi Iohanni, Liturgiam Pontificiam in regno restituere molienti, semper aduersatus, ideoq; in exilium pulsus, scriptis publice editis, Pontificias has molitiones impediuisset; omnino auersabatur.

Durante autem aliquot menses hac contentione, cum Senatus & ordines regni Sueciæ, solam verbi Dei & Aug. Confess. Religionem in regno conseruari ac defendi, vellent; & archiepiscopi recens electi officium & dignitatem tuerentur: Pontificis vero legatum, plane auersarentur: consilium regi Sigismundo prudens & consideratu dignum à Politico quodam, homine externo, sed inter aulicos ministros recens recepto exhibitum est, quod cum conseruatu non indignum videatur, qui volent, adiungant.

5. Ianuar.

Etsi

Etsi autem tandem huic consilio Rex obtemperavit; tamen quoad potuit diutissime Suecicis Senatoribus & ordinibus regni restitit, ac eò usque tandem disceptatio excrevit, ut Senatores, equites & cæteri Sueciæ regni status, ad regni Poloniae senatores cum suo rege in Sueciam præsentem, sequentem epistolam mitterent. Accidit præter nostram expectationem, ut quorum aduentus nobis esset gratissimus, cum per se, tum maxime, quod re- 1594.
gem nostrum hæreditarium, miro desiderio expectatum, quemq; communem esse cuperemus; ad nos deducerent: cum ij, rebus nunc minime ex voto succedentibus, molestiam ac iniquitatem huius temporis communicarem. Intellexerunt enim dominationes vestrae, nos ab eo tempore, quo Serenissim. Rex noster primum in regnum appelleret, in eo præsertim laborasse, ut Religionem, iura, priuilegia, ac Leges patriæ, pro
E 5 ratio-

ratione huius Regni, nullis obtrusis contra statuta atq; promissa conditionibus, sua Maiestas confirmaret. Ad hunc locum & tempus coronationis, quorum consilij vel quo iure iam non ambigimus; prouocatum est. Huc cum ante quatuordecim dies ventum sit, nihil tamen magis quam antea, (imò minus & quidem quod initio tractationis inauditum esset) omnibus Regni statibus quam humillimè sollicitantibus impetratum est. ita vt conuentum coronationis re infecta dilabi videamus; & nos omnes (Deus Maiestatem Regiam seruet) in summum discrimen incidere.

Quamobrem cum Domin. vestris rerum expertis. satis constet, quâ ratione regna adeunda & gubernanda sint, petimus, suademus, atq; hortamur etiam atq; etiam, pro suâ in nos & regnû hoc æquitate, tum potissimum fidelitate in ipsam Reg. M. si aliquid apud suam Maiestatem vel

auto-

autoritate vel consilio possunt, quod
 nobis persuasum habemus; velint o-
 mnibus alijs nostratibus, vel quibus-
 eunq; rem perturbantibus explosis,
 suam M. ad salutaria consilia iterum
 reuocare, vt sua M. & iam iam qui-
 dem se tempori accommodet, neq;
 id auspicijs Regni sui tentet, quod
 nulli, aliquot annis in folio confir-
 mato, absque periculo succederet.
 Huic vestro consilio suam Maiesta-
 tem locum daturam speramus, &
 nos summi beneficij loco, & ipsamet
 Maiestas Regia aliquando habitu-
 ra est.

Sin minus, vnde fortassis grauius
 aliquid posset imminere, quod Deus
 elementer auertat, nos coram om-
 nibus Christiani orbis Regibus atq;
 principibus, deniq; vniuerso homi-
 num genere, tam nostro, quam om-
 nium Regni huius statuum nomine,
 solenniter ac omni meliori modo ac
 forma protestamur & protestabi-
 mur, nos in tempore pramonuisse
 &

1594.

& auertere voluisse, prout planū faciemus ex actis, transactionibus, iurib⁹ ac legibus non abrogatis regni huius, simul ac transactionibus ante hac, cum inquam Sereniss. Rex noster patria potestate, per electionem regni Poloniæ, vicesimum primum annum suæ ætatis agens, liberatus esset, quarum exemplar nunc mittimus. Itaque nos huius rei in perpetuum excusatos esse volumus & merito debemus, Sanctissimam Trinitatem, tum quoque V. R. & Ill. DD. testes huius nostræ protestationis per hoc scriptum nostrum compellamus. Quod reliquum est, D. vestris studia & officia nostra paratissima pro posse deferimus. Datum Vpsaliæ 15. Febr.

15. Febr.

Tandem verò Rex, flecti se, sibi-que persuaderi passus est, vt assentiretur, se, Religionem & cultum DEI, in verbo Dei & Augustana confessione comprehensum, sicut potestatem Gostavi regis, & primis Io-
annis

annis III. regum temporibus in re-
gno floruisse, & ab ordinibus regni,
in concilio Vpsaliensi anno 1593.
mense Martio, solenni testificatione
repetita & recepta esset, solam in Re-
gno conseruare ac tueri, nec Templum
in vrbibus vlla, alteri quàm Augu-
stanæ confessionis religioni destina-
re velle : nec aditum in Senatum re-
gni, vel ad vlla regni officia publica,
alijs, quàm Augustanæ confessionis
doctrinam retinentibus, concedi
debere. Regem verò ipsum, ad suæ
Religionis Pontificiæ exercitium,
facellis arcium, in quibus habitabit,
contentum fore. Sed verba ipsa ob-
ligationis Regiæ, & Articulorum
iuramenti, à rege præstiti, adscri-
bere præstat.

E G O S I G I S M U N D V S & C.
notum facio, me clementissima Dei
omnipotentis prouidentia, & hære-
ditario successionis iure, communi
consensu omnium huius regni ordi-
num,

num, fideque data, ad Coronam & Imperium Regni Sueciæ, omnibus pariter assentientibus & sponte volentibus pervenisse. Quare vicissim subditis meis omnibus, gratiam & benivolentiam Regiam spondeo & promitto. Primum quod omnes, superioris & inferioris conditionis, Ecclesiasticos & Politicos, nobiles & ignobiles, in suæ Religionis libertate conseruabo, ac ut ea libere & sine vlllo impedimento fruantur, iuxta tenorem & præscriptum veræ confessionis Augustanæ, Carolo Quinto in Comitibus Augustæ anno 1530. exhibitæ; sicut postremis annis imperij aui mei beatæ memoriæ Gustavi, ac initio paternæ gubernationis, in hoc regno floruit: & sicut anno 1593. mense Martio, consentientibus omnium ordinum huius regni suffragijs, Vpsaliæ, denuo comprobata & recepta est, tuebor ac defendam. nec contra eam, in vllis huius regni locis, per Scholas
 vel

1594.

vel Ecclesias, amicè aut violenter aliquid intrudi, nec impedimentum vel fraudem quocunque modo in his fieri permittam. Nec in Ecclesiasticis aut Politicis officijs, in hoc regno, vtar vllis hominibus, qui à communi hac regni huius Religione dissentiunt. Extra hæc officia publica, quando se continent, ac quietè viuunt, communi Sueciæ iure, priuilegijs atque libertatibus, cum alijs Regni Sueciæ subditis, pro cuiusque status & ordinis ratione, frui poterunt.

Deinde, charam habebò nostram dilectam Patriam regnum Sueciæ, & incolarum eius fidelium salutem & commoda fideliter quæram, ad iuris normam omnia componam & ordinabo, & singulos superioris & inferioris conditionis homines, ecclesiasticos & politicos, nobiles & ignobiles, egenos & diuites, in suæ dignitatis & honoris gradu,

gradu, eorumq; iura & commoda, conseruabo. Similiter Ius Suecicum, in omnibus articulis & punctis, & legitimo intellectu tuebor, excepta Regni successione hæreditaria, quæ vno omnium consilio, liberaque voluntate confirmata est. Continiliter etiam, omnia priuilegia & libertates, quas tempore superiorum regum habuerunt & vsi sunt, vt Regiæ nostræ literæ, quas peracta coronatione regia, singulis tribuemus, pluribus indicabunt. Et in summa Fidelis & iustus Rex Sueciæ ero, & Ius Suecicum, in quibuscunque casibus, tam inferioris quàm superioris, tam egeni quàm diuitis, tam alieni quàm amici, manu tenebo: omnem iniustitiam & peruersitatem opprimam & auferam. Postremò omnes regni nostri ordines, Ecclesiasticos & Politicos, nobiles & ignobiles, egenos & diuites, cum suis, quas iure tenent, fortunis, in nostram Regiam tutelam & protectionem accipio.

Vicif-

Vicissim omnes regni ordines, præsentés & absentes, pro se, suisq; posteris, fidem dederunt mihi, aut in regno aut extra versanti, etiam meis posteris maribus, subiectionem, amorem, fidem & obedientiam, quam diu viuent, præstandi, sicut scripta eorundem obligatio reciproca literis expressa testatur. Maioris autem securitatis causa, quò fideles mei subditi omnibus his planè confidere possint, promitto, me cunctos commemoratos articulos, per Christianam fidem meam, & Regium honorem & veritatem, quam diu vitæ huius vsura mihi concedetur, perpetua fide obseruaturum esse. Ideoque propria manu subscripsi, Regiumq; sigillum nostrum imprimi curavi. Datum in arce nostra regia, Vpsala, 19. Febr. Anno 1594.

REGIS SIGISMUNDI
IURAMENTVM, quod propria persona, in Regia sua coronatione, fle-

F xis

xis poplitibus, coram summo altari Cathedralis templi Upsaliae praestitit, praesente ipsi Articulus iuramenti Cancellario ERICO SPARRE, hac formula:

Spondesne atq; polliceris, quod in tuo Regno haereditario Sueciae, omnibus regni ordinibus & incolis, summis & infimis, ecclesiasticis & politicis, suam Religionem atq; libertates conseruare & tueri velis, vt obligatio tua literis comprehensa indicat & declarat?

Omniem iusticiam & veritatē tueris, diliges, ac coles: omnem iniustitiam & mendacium, iure potentiaq; Regia comprimes?

Fidum te & securum omni populo Suecorum exhibebis, vt neminem pauperem aut diuitem, superiorem aut inferiorem damno afficias, nec eius corpus & membra laedas, nisi prius iuxta scriptas leges regni Sueciae iudicatus sit, neq; bona
vlli-

vllius vel mobilia vel immobilia eripies, nisi iure & sententia Iudicis præcedente? 1594.

Gubernabis ne regnum Sueciæ tuum, cum illustrissimo principe Carolo, & regni Suecici Senatu, & consilia capies cum viris indigenis, Suecis natis, non cum externis, nec quemquam extraneum in tuum Senatum affices, neque arces & prouincias, nec Vpsalæ deferta, ab eis regi fines?

Arces & Prouincias ac limites regni, annuis redditibus regni tueberis, nec quicquã imminui fines eorum, quæ coronæ Suecicæ nunc subiecta sunt, nisi de communi Senatus regni consensu. Alioquin successori liberum erit, ea, si volet, iustè recuperare?

Sustentabis aulam tuam Vpsalæ defertorum & aliarum Prouinciarũ annuo redditu, nec noua vlla prouincijs Regni onera impones, nisi necessitate in casibus hic expressis, exigente. Cũ videlicet exercitus extra-

nearum gentium , aut Christiano-
rum prouincias regni vastabunt ; aut
intestina seditio exurget : aut filius
tuus vel filia matrimonium contra-
het ; aut ad iter S. Erici , seu visi-
tationem regni solennem , vel sar-
ciendas arces , aut in Vpsalæ deser-
tis ædificandis quicquam necessariò
requiritur : Id Iudices prouinciarum,
singuli in suis territorijs , adiunctis
sex aulicis & totidem è plebe , ex-
pendent, quantum suppetiarum po-
pulus absq; difficultate possit con-
ferre , nec supra id quenquam vllò
pacto onerabis ?

Principes, Comites, Barones, e-
quites, nobiles, episcopos & præla-
tos, & totam regni communitatem,
ecclesiasticos & politicos, cum om-
nibus eorundem ministris ac bonis,
omnes antiquas libertates, priuile-
gia & iura, à tuis antecessoribus ipsis
tradita & obsignata, & fruitionem
Suecici iuris, quod sua voluntate re-
ceperunt, confirmabis, ac defendes,

ita ne iniquum æquo & iusto antepo-
 natur. Inprimis nullum ius extrane-
 um, ad oppressionem populi, regno
 inferri; nec nouum aliquod ius, nisi
 omnium vna voce comprobatum,
 populo imponi fines. Pacem totius
 regni communitati procurabis. Qui-
 etos & tranquillos, qui iuxta leges
 pacificè vitam instituent, contra in-
 quietos & peruersos, siue indigenas
 siue externos, defendes. ac inprimis
 pacem Ecclesiasticam, forensem,
 coniugalem & domuum singularum
 semper tueberis. Omnem concordiam
 & tranquillitatē priuatam & publi-
 cam augebis, Discordias verò &
 turbas pro virili sedabis & opprimes.
 Populi querelas ipse audies, & cau-
 sas omnes cognosces, & iustè ac ve-
 rè iudicabis.

Hoc iusiurandum, bona & san-
 cta fide, me seruaturum esse, omni
 populo meo, iuuenibus & senibus,
 nondū natis perinde ac natis, igno-
 tis non secus ac notis, absentibus vt

1594.

præsentibus, promitto, nec vlllo pacto violaturum esse, Augere potius omnibus bonis, ac imprimis Regia mea beneuolentia & fauore velim. Ita Deus meæ animæ & corpori propitijs sit, sicut hæc omnia fideliter seruo.

Preces & ritus sacros, in coronatione vsurpari solitos, administrauit, non legatus Pontificius, vt Rex voluerat, sed M. Abrahamus Andreæ, qui superioris anni mense Martio, Vpsaliæ, in Synodo plerorumque Regni Ordinum & Pastorum, Archiepiscopus Vpsaliensis designatus erat.

Coronationem Regis secuta sunt Comitia Regni, Stocholmiæ in ferijs Paschæ inchoata, vbi de forma gubernationis Regni, rege in Polonia absente, omnia constituta, & ad reditum in Poloniã præparata sunt.

12. Febr.

Eadem verò die, qua Sigismundus Poloniæ rex, Vpsaliæ, Regni Succiæ coronã accepit: Iacobo VI.

SCO.

Scotiæ regi, Henrici filio, ex coniu-1594-
 ge Anna, Christiani I III. Daniæ re-
 gis sorore, ante quadriennium du-
 cta; filius, Regni hæres, natus est.
 Ad cuius baptismi testimonium, ex
 procul diffitis gentibus, Reges, Gal-
 liæ, Daniæ, Angliæ, Mauricius Hol-
 landiæ & vicinæ partis Belgicæ gu-
 bernator, Henricus Iulius dux Brun-
 suuicensis, & Vlricus dux Megapoli-
 tanus, infantis Regij recens nati pro-
 auus maternus, inuitati sunt. Ad re-
 gem Daniæ, & duces Brunsvuic. ac
 Megapolitanum, legatus, Petrus
 Iunius, Georgij Buchanani olim, in
 præsentis regis Scotorum institutio-
 ne collega, missus est. Cum quo,
 nomine Vlrici Megapolitani, Ioa-
 chimus Bassevvicius; loco Hen-
 rici Iulij Brunsvvic. Adamus Cru-
 sius, Ioachimi Crusij (qui 44. an-
 nos, dum in hac Academia viuo,
 Ducum Megapolitanorum Con-
 siliarius fuit) recens defuncti fili-
 us, compatres futuri, exeunte Iu-
 nio,

Edinburgi.

nio, iter in Scotiã ingressi sunt. Quò
 cum tempestiuè peruenissent, men-
 sem integrum regis Gallix, Ordini-
 numq; Belgici legatos expectarunt.
 donec tandem Sterlini in sacello ar-
 cis, 30. Augusti, solennes baptis-
 mceremoniæ peractæ, ac infanti Re-
 gio, Henrici Friderici nomen inditum
 est. Cuius testes Serenissimi Daniae
 Regis & Reginae matris nomine,
 astiterunt, Christianus Barnicouius,
 & Steno Bild. Anglicæ legationis
 princeps, Robertus, Suffexiæ comes,
 alios quinquaginta nobiles Anglicos,
 ministros, in comitatu habuit.
 Mauricij Nassauij ac Belgicæ unitæ
 ordinum legati, VValtauius comes à
 Bredenrode, Reinoldi filius, & Iacobus
 Valckius, Ordinum Quæstor supremus,
 fuerunt. Megapolitanus, Ioachimus à
 Bassewitz, nauim Rostochiensem, in
 Edinburgensi portu Letha, ingressus,
 vehementi Coro à tergo assiduè vr-
 gente, Croneburgum, intra quatri-
 duum

duum 150. milliaria emensus, rara prorsus celeritate incolumis Deo iuuante peruenit.

Biduo ante Sigismundum Poloniae Regem, HENRICUS IV. Galliaë & Nauarraë Rex, in oppido Carnutum, quod Chartres vulgò appellant, à suis coronatus est. Is cum ad Pontificiaë Ecclesie Religionem superiore anno rediisset, & Ludoicum Ducem Niuersium, legatum, petentem absolutionem & fidem ac obedientiam Pontifici deferentem, Romam misisset: Clemens VIII. PP. legatum, non concessa regi absolutione, dimisit, prætexens, Triplici eum sedis Apostolicæ beneficio indigere, Absolutionis scilicet in foro conscientiaë: absolutionis in foro exteriori, à publica excommunicatione: & Rehabilitationis, vt loquitur, ad regnum, ad quod inhabilis antea ob hæresin declaratus sit. Sed ne quidem in foro conscientiaë absolutionem, quæ concessu facilior videatur,

1594. Regi se impertire posse, propter illius impoenitentiam, qui non supplicis & pœnitentis more, sed dormis edens, armatusq; absolutionem extorquere potius quàm petere suppliciter, videatur, nec signa veræ pœnitentiæ legitima edat: propter scandalum, si inter oues lupum reciperet: & pericula summa inde imminencia, si possessionem regni adeptus, in hæresin, vt antea solitus esset, relaberetur.

Cùm autem induciarum tempus in Gallia iam exiret, Gubernator insulæ Parisiensis & cæteri confœderati, eas, in plures menses prorogari petebant, Sed assentiri rex noluit. Parlamentum enim Parisiense, cuius in regno Gallia summa rebus tranquillitas autoritas est, solenni edito decreto, autoritatem suam interposuerat, & Gallia regnum secundum legem Salicam, post regem defunctum, proximo in linea masculina propinquo, Henrico Bourbonio,

nio , regi Nauarræ , deberi pronun- 1594.
ciarat. Etsi enim hæctenus nonnul-
li se illi opposuerint, & obedientiam
denegarint , quod nouæ religioni
adhæssisset, eoq; nomine ab aliquot
ordine Papis excommunicatus ef-
set: tamen nunc eum in gremium Ec-
clesiæ catholicæ rediisse, & id so-
lenniter testatum esse superiori Iu-
lio in templo S. Dionysij : eoq; no-
mine missa ad Clementem VIII. Pa-
pam, qui nunc regnat, legatione,
eum caput Ecclesiæ agnouisse, & ab-
solutionem petiuisse. Neque tamen
eam hæctenus obtinere potuisse,
propter practicas principis cuius-
dam exteri, Gallicæ coronæ inimi-
ci, cum tamen absolutio, ne infimis
quidem membris Ecclesiæ respi-
scentibus soleat denegari.

Cum autem propter tot bella ci-
uilia, miserrimus totius regni status,
& in eo, vrbis primariæ Parisiensis,
certo aliquo rege carere diutius
non possit; ipsam Luteriam, alijs vr-
bibus.

1594. bibus & oppidis in exemplum, pro supremo Domino & rege suo agnoscere Nauarræum, eiq; obedientiam promittere. Decretum igitur, vt per legationem certam, cuius princeps sit vnus ex præsidibus Parlamenti, adiunctis sex Consiliarijs, Dux Maiennæ, locum tenens generalis rogetur, vt intra mensis spacium, aut citius, si possit, de pace certa & firma, toti regno prospiciat, omnibus extraneis militibus dimissis. Quod si mense elapso bellum adhuc duret, mandatur omnibus sine exceptione, ordinibus & statibus regni Gallia, vt Regem Nauarræum, supremum suum Dominum & regem agnoscant, & contra omnes aduersarios ei præsto sint, quod & iure naturæ facere teneantur, sub pœna confiscationis corporum & bonorum.

Hæc cum ad Maiennæ ducem & cæteros confœderatos, delata essent: Præsidem Parlamenti, & Gubernatorem vrbis & alios præcipuos

puos viros, Luteria eiecerunt, & præfidium Hispanicum nouis aliquot cohortibus auxerunt, vt denuò bellum in Gallia redintegratum gereretur.

Cùm autem paulò post, Lugdunensis ciuitas, oppressâ factione Hispanicâ, & vocato in urbem Alphonso Corso, Henricum Nauarræum Regem palàm agnouisset, & Aurelia, Bituriges, per dominum de la Chastre, in manus Nauarræi traditæ essent, qui edito scripto, consilia Hispanorum & totius coniurationis fraudes ac imposturas prolixè detegebat, (sicut paulò ante per Dominũ de la Vitry, coniuratorum partes deserentem, Melodunum regi redditum erat) & oppidum Roan ad Ligerim & Rion Aruerniæ metropolis & aliæ regiones accessissent: Hispani res suas in Gallia angustiores reddi videntes, voluerunt vt Mariennæ dux & Henricus Guisus Iuramentum fidelitatis solenne Philippo regi

1594. regi præstarent. Quo accepto, pluribus præfidiarijs Lutetiæ collocatis, Carolus Maiennæ dux, cum parte copiarum velut obuiam exercitui, quem auxilio illi Carolus comes Mansfeldicus ex Belgico adducebat, profectus est. Interea Henricus III. Gallia & Nauarræ rex, à suæ partis Episcopis & principibus in Carnutum oppido tandem solennibus ceremonijs corona regni insignitur.

Parisienses verò ciues, miseriarum & calamitatum, in quas à duce Maiennæ & confœderatis Hispanis, excluso prætextu religionis legitimo Rege, coniecti fuerant, & tot annos sustinuerant, tandem pertæsi, ac frementes, finem aliquando imponi, & pacem restitui à magistratibus vrbs flagitarunt. Itaq; paucis diebus post Maiennæ ducis ex vrbe discessum, comes Brisacus, & Belinus gubernator vrbs, & præpositus mercatorum, ad Regem in oppidum

S. Di-

S. Dionysij mittunt, pollicentes, si 1594.
 nullius vitæ aut bonis nocere velit,
 se portam S. Dionysij. Regiæ ipsius
 Maiestati patefacturos esse. Quod 12. Martij
 cum confirmasset rex: exercitus il-
 lius, matutina hora secunda vrbi p-
 pinquans, patefacta porta intromit-
 titur. Qua occupata, ciuium parte
 maxima faustis acclamationibus
 eum excipiente: paucissimis verò,
 qui resistere initio conati essent mi-
 litibus Germanis interfectis & Hi-
 spanis præsidarijs & cæteris se sta-
 tim dedentibus: Rex ipse, illuce-
 scente die, cum reliqua nobilitate
 & exercitu, urbem ingressus est. Præ-
 sidiarij dediti, statim post meridiem,
 ea conditione dimissi sunt, ne contra
 regem deinceps in Gallia militent,
 nec in itinere vsquam in Galliæ oppi-
 dis hæreant. Rex in arce Lupara
 splendide exceptus, eadem adhuc
 die, ciuibus, per tubicinem edixit, vt
 tabernas omnes ac officinas aperirēt
 & omnia pacata & secura deinceps
 expe-

expectarent, postridie arx Bastilla in regis potestatem venit. Qui, domini de Chastre & Brisfaci fidem, Marscalcorum Regni officijs compensauit. Ex omni ciuium seditiosorum, Hispano & Guisijis addictorum, numero, triginta vrbe pulsi, reliqui omnes in gratiam recepti sunt. Die 30. Martij curiæ Parlamenti Parisiensis edictum promulgatur; quo, de clementi & optata vrbe cum rege compositione gratias Deo agunt, & omnia decreta & iuramenta, in Regis Henrici III. nefariè trucidati ignominiam, & legum regni præiudicium facta, abrogant. Potestatem summi præfecti & locum tenentis status & coronæ Franciæ, Duci Maiennæ datam reuocant, ac ne quis deinceps ei obediat, faueat, vel opem ferat, sub pœna læsæ maiestatis interdicit. Omnes, à Liga seu fœdere, cuius caput hætenus Maiennæ dux fuit, discedere, & Regi Henrico III. debitam fidem & obedi-

enti-

entiam præstare iubent. Omnia et-1594-
iam, superiore anno Parisijs in con-
uentu, sub nomine trium Ordinum
generalium, acta & decreta, velut per
rebelles & Hispanis addictos vi ex-
torra, pro nullis haberi iubent. Sic
mediocri felicitate, Nauarræ res
tandem in Gallia succedebant, præ-
cipuis & maximis urbibus se regi
paulatim adiungentibus. ac initio
Aprilis, Rhotomagum etiam sibi
certis conditionibus reconciliatum
rex ingressus est, & portum Gratia,
Cadomum & alia oppidato, tamque
Normandiam recepit. Diuionum
etiam, Ducatus Burgundiæ metro-
polis, ipsi dedita est.

Mense Iunio, LAVDVNUM urbem
(cuius episcopus vnus ex Gallia pa-
ribus est) obledit, quæ à filio Ducis
Maiennæ defendebatur. Huic auxi-
lia & comæatum, ex vicinis urbi-
bus, Sueffione, La Fera, S. Quinti-
no, pater confecerat, qui dum ad
urbem adueheretur, dissipato à Re-

1594. gijis comitatu, interceptus est. Quare paulò post Laudunenses se Regi dediderunt. ac exemplum eorum secuti Ambianenses, apud quos Claudius Aumalæ dux, Maiennæ patruus diuertebat, cum rege transfegerunt. Aumalius à ciuibus eiectus Atrebatum concessit. Eodem ferè tempore, circa calend. Augusti, Henricus Galliaæ Rex, Cameracum recens sibi conciliatum, solenni pompa ingressus est: cui obuiam euntes, Balignius vrbi præfectus, senatores, & ciues armati, & procidentibus in genua, clauibus vrbis oblatis, iurarunt primò ecclesiastici, deinde senatores ac nobiles, & reliqui ciues, se fideles & obediens, Deo, Regi, & ecclesie Christianæ catholicæ, futuros esse.

Carolus Maiennæ dux, amisso Lauduno Bruxellas in Brabantiam properauit, vt nouis auxilijs ab Ernesto archiduce Austriae, Belgici gubernatore confectis, labascentē confœderatorum Galliaæ factionem sustent-

stentaret. Missus igitur in Galliam 1594.
 & Carolo Mansfeldo suffectus est
 princeps Chimaicus, qui in Camera-
 censi diœcesi primùm grassatus, ca-
 stellum ad Harpam, tribus à Came-
 raco miliaribus excitauit. ex quo,
 Baligni, Gubernatoris Cameracen-
 sis, (qui aliquot annos ambiguus,
 Hispanine an Gallix regis partes se-
 queretur: recens Henrico Gallix re-
 gi, cal. Augusti urbem Cameracum
 tradens, palàm se coniunxerat) in vi-
 cinam Hannoniam incursiones pro-
 hiberet: & sacrae Ligæ socios, in
 conseruandis paucis Picardix oppi-
 dis, quæ adhuc tenebant, iuaret.


Interea Henricus Guisix dux, ab
 Henrico III. rege interfecti filius, diu-
 turnam cum rege tractationem fini-
 ens, Remorum urbem, Guisiam & a-
 lias, regi tradidit, & multos nobiles,
 Guisianam factionem seu Ligam ha-
 ætenus secutos regi adiungit. Hispa-
 niæ verò Rex, ardentiori quàm an-
 tea imperu, Henricum III. Gallix
 G 2 regem

regem persequens, funditus extirpare cupiebat. Quare & in Picardia Gallia propè Cameracum exercitus alebat, & in Britannia Armorica, & ex Sabaudia præcipuè, vicinam Lugdunensem prouinciã petebat. Gallo autem Regina Angliæ auxilia submisit, & Hollandicæ peditum tres mille & mille equitû copiam, ex Geldria, per Vbios, Sedanum ad ducentum Bulioneũ profectæ sunt, qui si quid dignum memoria gerent, de quonondum edocti sumus, sequenti anno recensebimus. Regem hoc anno exeunte scholasticus quidam Iesuitarum, iuuenis à præceptore suo persuasus, sicâ ex improviso petitû interfectorius erat. Is inter principis Longauillæ comites, cursoris habitu in cubiculû regis irrepserat. Cumque Rex dominam salutaturus, se inclinasset: Sicarius cultro gulam regis præcidere tentans, aberrante ictu per labrum superius in dentem impegit, qui elusus est. De sicario, qui

27. Decem.

qui comprehensus statim voluntatem interficiendi regis suam, & à quibus incitatus & instructus esset, apertè fatebatur; supplicium de sententia Parlamenti sumtum, & IESSVITÆ Claremontani, apud quos in studijs hic adolescens vixerat, & cæteri in toto regno, intra triduum ex Collegijs suis exire, & post quindecim dies toto Gallia regno excedere iussi sunt. Miseram sanè proximorum Gallia regum vitæ conditionem, quæ toties sicariorum & latronum telis ac venenis petita est.

ERNESTVS archidux Austriae, quem Hispania rex, sobrino propior, Belgici Gubernatoris ac generalis delegatus, Calendis Decembris, iter Praga ingressus, per Noriber-



1594. gam, Mergetheim, Herbipolin, Francofurtū, Moguntiam, Simern, *TREVIROS*, Lucelburgum, Arlunum, Namurcum, Bruxellas tandem exiunte Ianuario peruenit. Cumque omnes Belgiae ciues, summam de eius aduentu, pacis expectationem concepissent; & finitis tandem belorum, quæ triginta ferè annos continuata erant, calamitatibus, quietem optatam restitutum iri sperarent: conuocatis Bruxellam ordinibus, ingentem vim pecuniæ exegit: qua Hispani & Valones, ob non soluta stipendia tumultuantes, placentur; & deinceps bellum alatur, quò munitiones & oppida, ab Anglis, eorumque confederatis detenta recuperent, ex quibus, hostes assiduis incursionib. & rapinis, Brabantiam & Flandriam infestabant. Carolum Mansfeldiæ comitem in Galliam, vt labascentes ibi confederatorum molitiones fulciret, cum exercitu mittit, qui in Veromanduo-

rum

rum finibus dum desideret, oppidum 1594.
 Capellam tandem expugnauit, &
 duci Maiennæ, Laudunum, (vulgo
 Laon) contra regem, Ligæ nomine
 defendenti, opem ferre conatus est.

Statibus Hollandiæ & coniunctarum
 Prouinciarum Belgici, eodem
 mense Maio Ernestus, per literas &
 legatos tractationem de pace offert,
 & de studio erga Rempubicam Belgicæ,
 & communem concordiam &
 tranquillitatem suo, prolixè testificatur.
 Sed cum paulò ante sicarius quidam,
 presbyter Namurcensis, à comite
 Barlymontio, ex mandato aulae, vt aiebat,
 ad interficiendum comitem Mauricium
 Nassaensem subornatus, in custodia,
 Hagæ comitis teneretur: Ordines
 Hollandiæ & cæteri confœderati,
 non candidè & sincerè secum agi
 existimantes; prolixo scripto,
 aliquot colloquiorum & tractationum,
 ab Hispanis, secum de pace,
 superioribus annis, subdolè &
 fraudulentè habitorum, historiam

summatim repetunt. nec subditorum Belgarum, aut reliqui orbis Christiani salutem & tranquillitatē, sed Monarchiā & dominatum & pro libidine in Belgarum corpora & fortunas tyrannice grassandi potestatē ab Hispanis affectari queruntur. Et quamuis archiducem Ernestum, bono & sincero animo hæc agere credant: tamen, cum Rex, præcipuos illi consiliarios, Hispanos, Comitem de Fuentes, Guilelmum de S. Clemente, & Stephanum Dyarram, cum mandato & authoritate ipsum de rebus Belgicis instruendi, & quibus proceribus fidere, & quomodo provincias Belgicas regere & subiugare debeat, monendi adiunxerit: ex Hispanorum voluntate & præscripto omnia peractum iri. Non dubitant etiam status Hollandiæ, Ernesto iam dudum constare, instinctu eiusdem Hispani comitis de Fuentes, paulò ante, medico Reginæ Angliæ Doctori Lopes, 50000. coron. addicta esse,

esse, vt veneno Reginam tolleret. 1594.
Ideoq; in conatu rei perficiendæ de-
prehensum D. Lopes, cum socijs &
administris Emanuele Lois, Vinaco
& Stephano Ferera de Sanua iusto
supplicio affectos esse. Præterea eius-
dem Hispani de Fuentes instinctu per
Emanuelem Andradam veneficum
insidias vitæ Regis Galliæ, odore ro-
sæ veneno infectæ tollendi, structas
esse: & Michaelem Remchon Na-
muriensem recens captum fateri, se
& alios sicarios Bruxellis pecunia
conductos, & in Hollandiam able-
gatos esse, vt Mauricium natū prin-
cipem Vranix & comitem Nassaën-
sem, & fratrem illius Vranix princi-
pis filium natu minimum, ætatis 10.
annorum, Lugduni Batauorum lite-
ris operam dantem, ex vita tolle-
rent. Ideo nihil se ab Hispanis fidum
& sincerum expectare. Et quamuis
huiusmodi facinora Archiduci dis-
plicere non dubitent: tamen non
tantum in eius bonitate sibi futu-

1594. rum præsidij ; quantum à Regis & consilij Hispanici malignis & tyrannicis fraudibus ac insidijs crudelibus immineat periculi. à quibus cum Archidux mandatum & auctoritatem susceperit, qui eum etiam reuocare, & alium in ipsius locum surrogare possint, quodocunque lubet: non posse ab Ernesto, contra hæc incommoda, vlllo modo satis sibi prospici neq; caueri. Quare ordines non videre, quid ad propositam pacem respondere queant, quod vel Belgicis prouincijs fœderatis vel sereniss. Reginae Angliæ (cum qua arctissimo fœdere iuncti sint) aut Regi Galliæ, alijsq; potestatibus, principibus vel Rebus publicis ac communi orbi Christiano conducat. Sed decreuisse, in refugio suo ad omnipotentem Deum, persistere, & ab eius omnipotentem manu & bonitate, exitum iustæ suæ causæ tolerabilē, non solummodo pro fœderatis, verum etiam pro alijs Belgicis prouincijs, ad honorem

norem & gloriam sui verbi, & Bel- 1594.
garum prosperitatem expectare.

Sic exeunte Maio legati Bruxellas ad Ernestum remissi sunt. Qui, Legatorum Groningensium assidue in aula Bruxellæ defidentium, improbis sollicitationibus excitatus, mediocres copias, sed tamen hostibus impares, in Frisiam superiori mense, ad Franciscum Verdugum miserat. Is Hispaniæ Regis auspicijs, **C****O****V****E****R****D****A****M** Trentiæ arcem, impediētem, ne **G****R****O****N****I****N****G****A****M** comestus commodè inuehi posset, tota hyeme magna cum difficultate obsederat. Quam Mauricius Nassaviæ comes, novis copijs Hollandicis, & alijs in superiori Germania collectis, quas Eberardus comes Solmenis ducebat, instructus, liberavit. Occurrebant cum exercitu appropinquanti aliquot equitum Hispanicorum turmæ, ex castris Verdugi missæ, ut numerum copiarum & vires Nassouij explorarent. Qui cum in
equi-

equites aliquot Anglos & Scotos, Nassouij præcursores, incidissent; simulata Scotorum fuga prouecti, cum ad castra Mauricij propius accessissent, malè accepti, & trucidati sunt. Hæc victoria occasionem Mauricio præbuit, Castellum maius, ad Couerdæ obsidionem excitatum, quod 800. milites veterani pro Hispanis tuebantur, statim aggrediendi, quod virtute peditum Germanorum, quos Solmensis recens adduxerat, summa vi expugnatum, cæsis omnibus præsidiarijs, tandem in Mauricij potestatem venit. Quo capto, ex cæteris castellis, Hispani & Burgundi omnes, comes Bergensis Oldensilum, Franciscus Verdugus Lingam, alij aliò diffugerunt. Couerda obsidione liberata; commeatu, milite, pyrio puluere, & alijs munitionibus à Mauricio recreata est. Castella vicina, eductis tormentis, quæ Gröningenses Verdugo commodauerant, solo æquata sunt 28.

Apri-

Aprilis. Inde exercitus Mauritij ad 1594.
Gröningæ viciniam ductus, vt in-
tercluso vndiquaq; com meatu, vr-
bem, desertis Hispanis, pacisci tan-
dem cum Mauricio compelleret.

Etsi autem iuxta legem bellicam,
voce Dei traditam, initio pacem &
clementiam, si fidei illius se permit-
teret, ciuitati obtulit: tamen cum
nec præsidium recipere Groningen-
ses, nec Religionem, aut Magistra-
tum præsentem mutare, & omnia
priuilegia in vrbe & in nobilitatem
& agricolas vicinos sibi relinqui &
confirmari vellent: oppugnatio gra-
uior & acrior suscepta est. Castellis
iusto interuallo positis, & aggere ac
fossa iunctis, tota vrbs coronæ in-
star cincta. Deiectæ vi tormentorum
aliquot eminentiores portæ, & quæ
à Dominis, & quæ ab oriente no-
men habet. excitati aggeres celsi, ex
quibus machinarum ictus, supra vr-
bis munitiones vibrari in loca vrbis
frequentiora poterant. acti cunicu-
li sub

1594. li sub fossis & mœnib. in propugna-
 culum quoddam vrbis munitissimū
 (ædificatum eo loco, vbi arcem dux
 1570. Albanus struere cœperat) & subie-
 cto ac incenso puluere pyrio euer-
 sum, vna necatis ducentis ciuibus,
 qui in eo excubuerant. Ita patefa-
 cto in vrbem per disiecti propugna-
 culi rurnas aditu, ciues consternati,
 cum duos iam menses obsidionem
 tolerassent, tandem inter se dissiden-
 tes, desperata defensione, Hispanum,
 à quo non defenderentur, de-
 ferere, & comiti Mauricio & cæteris
 vnitæ Hollandiæ & Frisiæ ordinibus
 se adiungere, decreuerunt. Deditio-
 ne igitur, pridie Margaritæ facta:
 biduo post emissis ex vrbe militibus
 præfidiarijs circiter 500. quos Iesui-
 tæ & monachi aliquot & sacrificuli
 comitabantur; sex cohortes pedi-
 tum Nassauiorum & duas turmas
 equitum, in vrbem receperunt.
 Quos secuti ante vesperam Comi-
 tes Mauricius & VVilelmus, perlu-
 stra-

strato vallo & munitionibus vrbis, 1594^d
ante noctem in castra regressi sunt.
Postridie reuersi, Articulos Pacis 15. Iulij.
seu Transactionis initæ executioni
dare incipiunt: ex quibus præcipui
fuerunt, vt præcedentium offensio-
num & iniuriarum ac damnorum in
bello vtrinq; acceptorum *amnesia* sit.
Senatus & ciues Groningenses pro-
mittant, se generalibus Belgici or-
dinibus vnitis velle fideles esse, &
fauere, & cum cæteris prouincijs
foedus & amicitiam colere, & vbi o-
pus erit, ad pellendos Hispanos, fi-
dem & auxilia præstare, Priuilegia
& iura sua retinebunt. In delibera-
tionibus publicis statuum genera-
lium & suffragijs ferendis, Gronin-
genses acquiescēt in eo, quod status
generales, causa cognita, statuent.
Vilelmum Ludoicum comitē Nas-
saënsē, præfectum & gubernatorē
supremū agnoscent. Controuersia
autem inter urbem & vicinos agrari-
os exortæ vel exorituræ, à statibus
gene-

generalibus vel eorum commissarijs
decidentur. Reformatae Religionis
exercitium, in vrbe & agro Gronin-
genfi, solum vigebit: ita tamen vt
nullius conscientiae vis aut coactio
adferatur. Monachi & sacrificuli in
vrbe manebunt, si volent, & bonis
suis fruuntur, donec generales sta-
tus aliud ordinent. Vt honori & se-
curitati Generalitatis, & pacis in vr-
be, consulatur, & discordiae ac rixae
inter ciues, & aliae confusiones vi-
tentur: quinque aut sex cohortes mi-
litum, Statibus seruientium, in vr-
bem receptas, ciues alent, donec
communi Gubernatoris, ciuitatis, &
prouinciæ consensu aliae rationes a-
lendi praesidium tolerabiliores in-
ueniantur. De reficiendis munitio-
nibus & muris in oppugnatione di-
ruti, generales status cognoscent.
Ad communes sumptus vnitæ Rei-
publicæ Belgicæ, Groningenses
quoque, pari ratione cum cæteris
prouincijs contribuent. Exules om-
nes,

nes, etiam legati in aula Bruxellensi 1594.
desidentes, integrè in sua bona, non
alienata, restituentur. Ciues captiui
tempore obsidionis, statim liberi e-
runt. Gubernatio ciuitatis penes
Senatum manebit. Senatus autem
& ciues iurati, à comite Ludoico
præsidente, cum generalium statuum
consilio, hac vice eligentur, & ge-
neralibus statibus Iuramentum fide-
litas, exemplo aliarum ciuitatum
reductarum præstabunt, nec sine il-
lorum consensu Dominum muta-
bunt, nec Castello seu arce in vrbe
onerabuntur. Commeatum, pulue-
rem pyrium, arma, nomine regis Hi-
spaniæ in urbem illata, præsidi urbis
præsenti cedent. Regis autem Hi-
spaniæ milites ex vrbe Groninga
statim discedent. His igitur condi-
tionibus Groningâ receptâ, tum cæ-
teræ statim præstari cœptæ; tum verò
ecclesiæ in vrbe & agro, ad refor-
matæ quam vocant Religionis nor-
mam institutæ sunt.

1594.

Dignum etiam annotatu duxi, Ordines Hollandiæ & coniunctarū Belgici prouinciarum, hac æstate, quatuor nauium classem, peritis Gubernatoribus & armis instructam, versus boream, & ortum emisisse, vt relicta ad dexteram Norvvegia, Moscouia & Tattaria, transitum ad Sinas seu regnum Chinæ, Indos, & Moluccas insulas, commodum peruestigarent. Hi, vltra Condoram & Obdoram continentis regiones, ad nouam Semblam & VVigatz insulas progressi, & angustias freti, quinque milliaria longi, vnum lati, penetrantes, ad Oby fl. qui Tattariæ limes est, peruenerunt. Fretum illud, Nassauiu indigetarunt: ex Insulis, vni Hollandiæ, alij Euchusæ, alijs alia nomina indiderūt. Cumq; hac æstate redire iussi fuissent, retrò vela legerunt, sequenti anno, comitatu ampliore, idem iter in Indias vsq; Deo volente continuaturi. Sperant enim, aromatum & aliarum mercium orient-

entalium negociationem, ex qua tantum lucri Hispano accedit, aliã viã per Arctoum mare, in Belgicum & cæteras Europæ prouincias, se auersuros esse. 1594

AD bellum aduersus Turcas, superiori anno inchoatũ in Vngaria continuandum, aliquot equitum millia, ex his Saxonis & alijs gentibus, initio anni à Cæsare conducta sunt. ac inter cæteros, Franciscus dux Saxonis, Laoburgi sedem habens, Francisci filius, solus bis mille: Augustus dux Brunf. & Luneb. VVilelmi filius, mille; VVigandus Molzan, eques Megapolitanus, Theodorici filius, mille equites ducebãt. qui mense Aprili, in Morauia, partim ad Iulij montem (Olmuntz vulgò) partim ad Pyrenen seu Prynã lustrati, inde in Vngariam, ad Strigonij obsidionẽ, mense exeunte, profecti sunt. Sed antequam hi appellerent, prior exercitus, qui superiore autumno, duce Christophoro à Teuffenbach, ba-

1594. rone Striaco, citerioris Vngariæ præfecto supremo, multa præclare gesserat, accedente tum archiduce Matthia, Cæsaris Rodolphi fratre & 10. Martij legato, Nouogradum mense Martio deditione occupauerat. Nec quidquam deinceps, hoc anno, felicius & memoratu dignius, pro Republica nominis Christiani, in præsentì bello, excepta Gommorhæ defensione, actum est,

Nam cum ad Strigonium, ultra duos menses, equitum tot millia, & tres legiones peditum, desedissent: immensa pulueris pyrij copia, tormentorum iactibus profusa; & pedites, lanienæ Turcarum, acerrimè arcem & oppida arci subiecta defendentium, oppugnationibus quater repetitis, obiecti sunt. Qui semper foedè repulsi, & multi crudeliter interfecti: plerique alij morbis ex victu inconuenienti contractis perierunt. Etsi enim omnium rerum ad victum pertinentium summa in castris

stris copia venalis erat: tamen cum ^{1594.}
 stipendia rarius soluerentur, & solu-
 ta minus frugaliter collocata, im-
 prouide statim profunderentur: pe-
 cunia & panibus plerique destituti,
 fortiter postea esuriebant, ac exhau-
 stis viribus, lenta tabe miserabiliter
 animam exhalabant. Cum autem
 nouæ peditum copiæ iam conductæ
 accederent: ecce à captiuo quodam
 Turca, comiti Ferdinando ab Har-
 dec, supremo archiducis Matthiæ
 consiliario bellico & totius exerci-
 tus equitum magistro, nunciatur, Si-
 namum Bassam maximis instructum
 copijs, soluturum obsidionem, Bu-
 dam iam peruenisse. Quo incerto & ^{15. Iunij.}
 tunc quidem adhuc falso rumore,
 bellici consiliarij, Matthiæ adiuncti,
 suadent, mouenda ex loco minus tu-
 to castra, & in aduersam Danubij ri-
 pam transferenda esse. Quod cum
 ab archiduce & Senatu illius belli-
 co, in quo Ferdinandus comes ab
 Hardec, Nicolaus Palfy Vngarus,

1594. David Vngnad Stirius, præcipui erant, decretum esset: Germanorum etiam equitum ducibus, Francisco duci Saxoniae Laoburgensi, Augusto duci Brunf. & Luneb. Sebastiano comiti in Slik, VVigando Molzan Megapolitano, Ernesto ab Alden, Henrico Pful & cæteris, sententiam suam archidux per Dauidem Vngnadium exponit. Hi re deliberata per VVigandum Molzanum respondent: Mirari se, & magnopere dolere, obfidionem Granensem, quæ tanti hæctenus Imperatori constiterit, dum propinquæ deditiois spes sit, tanta facilitate desereri. Orare autem se reuerenter, vt archidux & Senatores bellici considerent, etiamsi sumptus immensi hæctenus profusi forte obliuioni tradi queant; tamen deplorandum fore, si castellum & pars vr̄bis occupata, per quam omnis ab eo latere arcis Granensis (in qua capienda omnis post Deum spes salutaris exitus huius belli sita esset) de-

ferretur.

fenſio præcideretur, hoſti rurfum 1594.
 tradatur. Deinde præcipiti hac de-
 fertione obſidionis, hoſtes langu-
 factos confirmari, & conſternatos
 iterum recreari, ac lætos & alacres
 redditos, à nobis iſtis, ad miſerorum
 Chriſtianorum perniciem inuitari.
 Perſam, qui hætenus à noſtris cer-
 uicib. Turcos auertiſſet, hac intem-
 peſtiua diſceſſione audita, pacẽ de-
 nuò cum Turcis facturum. Tranſyl-
 uanos, Moſcos, Polonos, qui hæte-
 nus à noſtra parte fuiſſent, defeſtu-
 ros eſſe. Nec Cæſareæ Maieltati, &
 toti Imperio, ſi illis non præſcienti-
 bus, à Strigonio diſcederent, ſe ex-
 cuſare poſſe. Ciuitates etiam Imperij
 in contribuendis belli ſumptibus ſe-
 gniores fore. Mirari etiam equitum
 præfectos, nunc primum de re tanta
 ipſorum conſilium expeti, cum ante
 aliquot dies, ipſis inſcijs, iam de-
 cretum, & machinæ ex caſtello &
 alijs locis abductæ, & omnia ad diſ-
 ceſſum ordinata fuerint. Itaque hæc

1594. omnia suo loco se relinquere, & archiducis imperio, cui Cæsareæ Maiestatis literis conducti parere iussi sint, se obtemperaturos esse. Sed palàm & solenniter se testari, hanc desertionē obsidionis Granensis, se nec præscientibus, nec volentibus, susceptam; & se deinceps, coram Deo, & Cæsarea Maiestate & toto Romano Imperio, & vniuersis ac singulis, omni culpa liberos, ac excusatos esse.

At eadem vespera adhuc, schedæ, in quibus ordo discessus præscriptus erat, ducibus à summo equitum magistro, quem Marscalcum campi appellant, comite Hardeco, missæ sunt. Ac postridie, præter omnem reliqui orbis Christiani spem ac expectationem, obsidione soluta, & tormentis subductis, & prioribus castris desertis, Danubium ponte nauali stratum equites ac pedites transeunt, & ad castellum Kokern, denuò ociosi desident. Interea deser-

tum

tum ab illis Strigonij suburbium, & 1594.
castellum in monte S. Thomæ, mul-
to virorum fortium sanguine par-
tum; Turci ex arce & vrbe, erectis 18. Iunij.
vexillis, triumphantes ingressi recu-
perant, & consilia hostium mirantur.

Sequenti mense demum, Sinam
Bassa, cum Turcicis & Tataricis co-
pijs, ad meridionalem Danubij ripã 13. Iulij.
ascendens, Tatam, duobus à Go-
morrhamiliaribus, expugnat. Inde
S. Martini montem, Rabã eodem in-
teruallo distantem capit, & RABAM, 20. Iulij,
propugnaculum orbis Christiani fir-
missimum in ea Vngariæ ora, ad A-
rabonem fl. obsidet. Christianorum
exercitus, in opposita Danubij ripa,
propè Gomorrham seu Comarum,
in Scythiam insulam, vndiq; Danu-
bij brachijs cinctam, trañcit, & Ra-
bã, ab ea parte, qua Danubio iun-
gitur, assidet. Sinamus Bassa ab al-
tera parte obsidionẽ vrgens, & mu-
nitiones & machinas suas, ad fossas
ferè vrbis promouens, acerrimè vr-

1594. hem oppugnabat. Sæpe etiam in
 aduersam Danubij ripam Ianizaros
 & Tataros transmittere & tranatare
 iubet, vt Castellum à nostris, in ripa
 Danubij, ad impediendam pontis
 naualis à Turcis tentatam constru-
 ctionem, excitatum occupet, & cre-
 bris velitationibus ac prælijs minu-
 tis nostros laceffant. Mense Augusto
 cum iam tenerent castellum Turci,
 virtute Italorum præcipue militum,
 quos Iohannes Medices ducebat,
 rursus eiekti, & in Danubium pro-
 fluentem pulsi sunt. Nihilominus ta-
 men, singulari animi fortitudine &
 constantia, etsi sæpius infeliciter Si-
 namo, illæ in Scythiam irruptiones
 cesserant: tamen non ante destitit,
 quam voti tandem compos, diffu-
 gentibus ex castello præsidiarijs, fa-
 ctus est. quod, cum tardius nostri ad
 repellendum hostem ex castris pro-
 cederent, ita muniuit & instruxit, vt
 tormentis nostrorum in castello in-
 uentis, aduersus nostros directis, ap-
 pro-

7. Augusti
 nostri.

pro

propinquantibus reiecerit. Cumque 1594
 nox interueniens eos diremisset,
 dum nostri in castra equis pabulum
 daturi redeunt, Turci tota nocte vi-
 gilantes & alacres, magno labore ac
 industria, pontem naualem iungunt,
 & copias ampliores traducunt. Quas
 postridie equites nostri depulsuri,
 languidius hostem eminus sclopetis
 petebant, & Panico terrore conster-
 nati, relicto hoste, Aldeburgam ver- 29. August.
 sus profectionem fugæ similem, ho-
 ste tum à castello pridie occupato
 non discedente, instituunt. Sequun-
 tur eadem die currus militares, e-
 quitum pecuniam, torques, vestes, &
 cætera bona vehentes, qui à Tur-
 cis plerique intercepti, in hostium
 potestatem venerunt. Archidux Mat-
 thias & cæteri equitum præfecti, to-
 ta Vngaria relicta, in Austria fines,
 Brugas ad Leitam, accesserunt, vbi
 maiores copias, quæ ex Boemia &
 vicinis gentibus iam aduentarent, se
 expectaturos ostendebant.

Inter-

1594.

Interea Transyluaniae Princeps, Sigismundus Bathori, Christophori filius, superiori mense, conuocatis Albam Iuliam Transyluaniae ordinibus, quam diu iam animo agitaue- rat, & cum proceribus praecipuis, grauissime eam dissuadentibus, ante deliberauerat; defectionem a Tur- cis, & societatem cum Romano Im- peratore, bellum aduersus Turcas apertum gerente; publico decreto sancit & promulgat, & Baldasarem Bathori, Andreæ filium, patruelem suum in custodiam dari iubet. Hunc enim proceres quidam, institutum Principis improbantes, & toti patriæ, ac ipsis praecipue, exitiosum fore iudicantes, missis Constantinopo- lin legatis, Principem constitui loco Sigismundi petiuerant. Hos com- prehensos, partim velut Principis sui & patriæ proditores, supplicio affi- cit, partim captos detinet. Ipse, ad- iunctis, qui ab Alba Graeca ad Tran- syluaniae fines vsque a Turcis defe- cerant;

cerant, Rascijs, quantum potest incommodi Turcis adfert, & Temesvarum, à fl. alluente dictum, Bassæ Turcici in ea Vngariæ parte sedem, eminus obsidet.

Sinamus Bassa, occupatis in Scythia castris, Christianorum fuga desertis, RABAM vndiquaque cinctam, ne quis ingredi aut egredi absque periculo posset, aliquoties acriter oppugnat. donec tandem, duobus propugnaculis, per cuniculos, vt scribunt, puluere pyrio subiecto, disiectis; Ferdinandus comes ab Hardec, qui cum 6000. militum præsidio, vrbi præerat, desperata defensione, communicato cum cæteris militum præfectis consilio, ad Sinamum Bassam legatos de deditio-
ne mittit, & incolumitatem corporum & fortunarum pactus, propugnaculum illud orbis Christiani mun-
ditissimum, quod annuo comæatu,
& rebus omnibus ad defensionem
necessarijs instructissimum fereba-

1594.

tur, vna cum omni apparatu bellico in vrbe relicto, Turcis, die Michaëlis Gregoriani: 19. Septemb. Iuliani tradidit. In vrbe dedita, Sinamus Bassa, munitiones labefactatas passim refecit, fossas ampliauit, Templum Cathedrale humo expleuit, & machinas supra illud disposuit, ac relicto Rabæ præsidio 4000. Ianizarorum, & 2000. equitum, ad Gomorrhæ obsidionem accessit. Pappam, missis Tataris, dedi poposcit; quam arcem & oppidum nostri sequenti statim nocte incensum deseruerunt. Gomorrhæ Sinamus Bassa, ex castello ad vltiorem Danubij ripam versus Tattam excitato, tormentis trans flumen petebat. Beglerbegum verò Græciæ, cum cæteris copijs, in Scythiam misit, vt à terra eam acerimè oppugnaret. Sed virtute ac fide Erasmi PRAVN præfecti & præsidiorum, fortissimè arx defensa est, donec 14. nostri Octobris, Turcis, per erumpentes in eorū castra præsidia-

1594

fidarios, à tergo cæsis, & suffossione propugnaculi à Turcis instituta, per nostros impedita: Turci obsidionem soluerūt. Archidux Matthias, relictis Brugis ad Leitam, Posonium profectus erat, vbi Boëmicæ copiæ equitum circiter 3000. & peditum 15000. cum illo coniunctæ, in Scythiam transgressæ, Gomorrhæam versus iam obsidione liberatam, iuerunt. Ferdinandus comes ab Hardec, quem antea, edictis publicè affixis, Cæsar ipse innocentem à crimine proditionis declararat, nunc tandem Viennæ, in custodiam, decimo post deditam Rabam die, datus est.

Tatari, ex Sinami Bassæ castris digressi, ad Granum transito Danubio; reditum in patriam, per superiorem Vngariam, & Transyluaniam ac Moldauiam fines ante hyemem instituebant. Transylvanus tum Temesvvarum obsidens, Tatarorum aduentu cognito, vt à suis eos finibus

1594.

nibus auerteret, relicto Temesvvaro, in Transyluaniam redijt.

Tatari, cum per VValachiam & Transyluaniam transitu prohiberentur, direptis & crematis Vngariæ superioris, circa Tocaium & alibi, pagis plurimis, & hominibus in tristem seruitutē abductis; retrò iter ad Danubium flexerunt, quem ad Strigonium rursus transgressi, VVelprinni, Pappæ & finitimis Rabæ locis hibernare, ac ex vicinis Christianorum pagis, quos, ad fines Austriæ & Meinerdorfium vsq;, peruagati esse, & comæatum sibi comparare, nuntiantur. Digressis Tataris, Michaël Horvvat, Transyluani capitaneus, Turcarum aliquot millibus, quæ in VValachia inferiore hiemare Sinam Bassa iusserat, profligatis ac cæsis, totam Transalpinam occupasse, & ad Danubium vsque progressus esse, à Sigismundo principe Transyluanie ipso, ad Cæsaris duces vicinos, Valentinum Præpostvvarum & alios scribitur.

Inter-

Interea Mahomet, Græciæ Begler-1594
 begus, Sinami Bassæ filius, ad Ferdi-
 nandum comitem ab Hardec, de pa-
 ce restituenda literas mittit, eumq;
 hortatur, vt sui Imperatoris animum
 ad pacis consilia flectat. Idem sibi,
 apud patrem Sinamuni Bassam, &
 Turcicum Imperatorem, curæ fore.
 Sed re à nostris deliberata, visum est,
 fraudulentò & perfido hosti, pro-
 missa non seruanti, & pacis prætextu
 sua commoda quærenti, fidem non
 habendam, nec præsentem cum
 Transyluano, Moldauo, & alijs, Tur-
 cam oppugnantibus, socia arma
 iungendi occasionem, negligendam
 esse.

Cùm autem tristior expectatione,
 tot propugnaculis Christianorum,
 RABA, Pappa, VVesprinno, Palata,
 Totes, ferè in conspectu nostri exer-
 citus amissis, & Strigonio à nostris
 deserto, expeditionis hoc anno ad-
 uersus Turcas susceptæ exitus fuerit:

DIVM æternum ardentibus votis
 I prece-

1594. precemur, vt propter gloriam nominis sui, ac ecclesiæ salutem, iustissimas impietatis & scelerum nostrorum, impiæ securitatis, superbix, & luxus pœnas, clementer mitiget, & opem ac salutem ipse nobis ferat, ne fortè dicant in gentibus, vbi est Deus eorum? In humanis enim auxilijs, parum esse præsidij, iam diu experimur.

Dum in Vngaria exercitus Christiani Strigonij assident: Rodolphus Cæsar, comitia Imperij Germanici Ratisbonæ habens: auxilia ad bellum Turcicum, ac imprimis vim pecuniæ ingentem flagitat. Quæ sanè amplior, quàm vlli vnquam antea Cæsari, ab ordinibus Germaniæ addicta est. Cum enim antiquitus, ad Romanam expeditionem, ab Imperatoribus, Coronæ à Pontifice accipiendæ gratia, Romam suscipi solitam (quæ tamen iam 142. annos intermissa est) singuli Imperij status, certum equitum & peditum numerum

runy

rum, vel æstimationem pecuniæ, 1594. qua illi alerentur, singulis mensibus conferrent; quæ coaceruata, circiter 64. millia aureorum, *ὅν πλάττ* vno mense conficere adfirmatur: In his comitijs, 80. menses, se, intra sexennium, contributuros, Principes & ciuitates polliciti sunt. atq; hæc præcipua huius conuentus actio fuit. De iudicio Cameræ enim, de Monetæ, de Matricula Imperij reformanda, etsi quædam decreto comitali inserta, pleraque tamen, ad deputatos sequenti anno Spiræ conuenturos, reiecta sunt.

Franciscus, Saxoniz dux, antequam in Vngariam profectioem institueret, sororis filio, secum eo tempore versanti, Adamo Venceslao, Duci in Silesia Teschinensi, ELISABETHAM, Illustrissimi & optimi Principis GOTHARDI in Liuonia Curlandiz & Semigalliz Ducis primi, & laudatissimæ Heroinæ ANNÆ, sororis Vrici ducis Mega-

1594

politani (apud quem auunculum eo tempore Elisabetha viuebat) filiam, in matrimonium despondit.

Cum autem, DVCVM TESCHINENSIVM, in extremis Silesiæ superioris, Morauia, Polonia & Vngariæ finibus, sedes habentium, familia vetusta, nobilissimâ antiquorum Polonia Regum stirpe orta, in Arctoo hoc orbe, minus multis nota sit: Seriem illius adscribam.

BOLESLAVS victoriosus Rex Polonia, 36. annis. ⊕ 1139.

VLADIS- laus, Henrici V. imp. gener, Mo- narchiam affe- ctans, à fratri- bus pellitur 1145.	BOLES- laus. Cri- spus, Maso- uia, ⊕ 1273.	Mieci- laus, ma- ioris Po- lonia, ⊕ 1202.	Hen- ricus Lubli- ni. vie & tan- dem Ma- sovia, ⊕ 1194.	CAS- tirus, Sendomi- ria & tan- dem Ma- sovia, ⊕ 1194.
--	--	---	--	--

SILESIAM transactio-
ne retinuit, ⊕ 1159.

BOLESLAVS Proce-
rus, stirps Ducum Silesia,
Vratulauensium, Ligni-
censium, & Sagani.

Miecislavus, Dux
Silesia superioris, in
Teschien, Oppeln,
Ratibor, ⊕ 1211.
Conradus
dux Glogo-
via & Sa-
ga.
Casimirus ⊕ 1234.

⊕

Mie

Miccislaus, ⊕ 1246.

d'παις.

VLADISLAVS, ⊕

1272.

VLADISLAVS, dux Oppo-
| lie & Tescha.

Casimirus.

Iacobus
in Rati-
bor.

CASIMIRVS dux Tescha.

CASIMIRVS, subiecit se
cum ceteris Silesia principibus
Regi Bohemia 1327.Ioannes, in Auschwitz,
cuius linea ad abnepotes
peruenit.

PRIMISLAVS, ⊕ 1407.

Semouitus.

Boleslaus ⊕ 1433.

Primislaus.

PRIMISLAVS BOLESLAVS Vladif- VVen-
⊕ 1477. ⊕ 1480. laus. celsaus.Hedvvig, nupta
Stephano comiti
Cepusiensi.CASIMIRVS Dux Tescha, prae-
satus totius Silesia, senex ⊕ 1528.Barbara Ioannes
nubit Sigif- rex Vn-
mundo I. garia, ⊕
Regi Polo- 1540.
niae 1512.VVenceclaus, ante patrem, ma-
| ritus ⊕ 1524.VVENCECLAUS Adam, posthu-
mus, ⊕ 1579. coniunx Sidonia,
Francisci ducis Saxonie Laob. &
Sidonia sororis Augusti elect. Sa-
xon. filia.

⊙

1 3

Adama

1594



ADAM VVenceslaus, natus 1574. 13.
Decemb. Sponsus Elisabetha Curlandica.

Hanc optimorum principū, Got-
hardi primi Curlandiæ Ducis, & An-
næ Megapolitanæ: qui in coniugio
pleno pietatis, concordia & suavi-
tatis, inter cæteros vtriusq; sexus li-
beros, filiam Elisabetham, ingenio
& forma præstantem genuerunt: &
Sponsi illius Adami Ducis Teschi-
nensis familiæ mentionem, intexe-
re hoc loco volui, vt meritam debi-
tamque gratiam, hoc qualicumque
testimonio, Illustrissimæ Curlandiæ
ducum familiæ, quæ vnum ex præ-
cipuis inclyti Poloniæ regni mem-
brum est, declararem.

Vt autem à Serenissimi Poloniæ
regis Sigismundi, in Suecia corona-
tione, hunc annum exorsi sumus: ita
reditum illius in Poloniam breuiter
addemus. Confectis enim in Sue-
cia rebus, mense Iuliano, classem
44. nauium, (quarum duodecim,
Dan-

Dantiscani instruxerant) Stochol- 1594.
 miæ cum toto comitatu conscendit,
 & paucorum dierum spacio anfra-
 ctibus illis scopulorû, quos die *Sche-
 ren* vulgò, latine fauces nominamus,
 superatis, non procul ab aditu maris
 aperti, reflantibus ventis, qui regum
 imperia non agnoscunt, tres totas
 hebdomadas in ancoris subsistere
 coactus est. Tandem borea secundo
 vehementius aspirante, intra biduû,
 præcipitato cursu, in sinum Pauscen-
 sem, Vistulæ ostio vicinum defertur.
 in quo, ob tempestates & procellas
 maris turbulentas biduum substitit.
 Inde lenius iam adflante boreæ au-
 ra, ad ostium Vistulæ peruenit, ac in
 publico diuersorio biduum quieuit.
 Die Laurentij aduerso flumine sub-
 nectus, per Motlauræ pontem, Dan-
 tiscum ingressus: ab episcopo Vla-
 dislaviense & alijs proceribus Po-
 lonis, & Senatu Dantiscano reue-
 renter exceptus, ac in hospitium
 deductus est. vbi coniunctis cum Se-
 natu

10. August.

1594.

natu vr̄bis consilijs ac excubijs, & mandato publicè proposito, quæ ad vr̄bis tranquillitatem, quietem & pacem tuendam erant necessaria, diligenter constituit. Tandem initio Septembris, omnia in vr̄be salua, pacata & tranquilla relinquens, Posnaniam & Cracouiam versus profectio- nem suscepit, & Comitiam Regni, exeunte anno inchoanda Cracouia indixit.

In superiore Germania, Ernestus Fridericus marchio Badensis, Caroli filius, exeunte Nouembri, superiorem Marchiam Badensem, à sylua Harcinia ad Rhenum pertinentem, quæ sobriino illius, Eduardo Fortunato, Christophori filio, parebat; re antea cum præcipuorum oppidorū consulibus communicata, & missis noctu ad oppida, Badenam (vbi sedes Principis, tunc absentis, & thermæ feruentes admodum celebres sunt) Ettelingam (Francisci Irenici patriam) Cuppenheim, Stolhouen, Rasta-

Rastatum & alia, militibus mox in-1594.
 tromissis sine vlla clade & sanguine
 occupavit: & captæ possessionis, quæ
 cum legibus pacis publicæ pugnare
 videbatur, excusationem postridie ^{29. Nov.}
 ad Imp. perscribit, cuius fundamen-
 tum est Transactio, inter Ernesti a-
 um, Ernestum, & Christophori, pa-
 tris Eduardi, tutores, anno 1537.
 inita, quæ vtriq; parti permittit, si
 ob alterius æs alienum non dissolu-
 tum alteri detrimentum insigne ad-
 feratur, alterius præfecturas aliquot
 tantisper tenere, ijsq; frui, donec pla-
 nè ipsi de damno satisfactum sit. Erat
 enim æs alienum, toti prouinciæ in-
 cumbens, à præsentium Marchio-
 num proauo relictum, cuius me-
 diam partem filij, præsentium mar-
 chionum aui, Bernhardus & Erne-
 stus, ditionem diidentes, singuli
 absq; alterius onere & detrimento
 se soluturos receperant. Itaque cum
 ob Eduardi Fortunati debita, &
 pensiones aliquot annis non solu-
 tas,

1594. ras, sibi ac subditis suis, damna dentur & detrimenta multiplicia; se necessario, iure suo, in Transactione illa sibi permisso, usum esse.

CHRISTOPHORVS, marchio Badensis
solus vniuersam ditionem tenuit, ⊕ 1527.

Bernardus, Gubernator
Lucelburgi ⊕ 1536.

ERNE-
STVS.

Philiber-
tus, ⊕
1569. in
Gallia.

CHRISTO-
phorus, ex Ceci-
lia Gustavi Sue-
ciae regis filia.

Caro-
lus.

Bernar-
dus.

Phi-
lip-
pus,
⊕
1588.

Iacoba,
Io. Vil-
elmi Iulia-
censis vxor.

Eduar-
dus For-
tunatus
in Baden.

Ernestus
Frideri-
cus, in Dur-
lach vnd Pfor-
heim.

Georgius
Frideri-
cus.

⊕
29. Iunii.

Eripuit etiam hic annus Reipublicae aliquot praestantes viros, ac in his, Daniæ Regno, illustrè Heroem, Nicolaum Kaas Cancellarium, & inter quatuor (Christiano IIII. rege pupillo) regiminis consiliarios, primum: nobilissimo genere & ingenio, sapientia, virtute, doctrina, modo.

moderatione & beneficentia erga ¹⁵⁹⁴
 literas & homines literatos clarissi-
 mum: cui, de me, & multis schola-
 sticis, Danis & Germanis, à me com-
 mendatis, bene merito, fidelem ani-
 mi grati memoriam perpetuam me
 debere profiteor.

Decessit etiam in hac Megapoli-
 tana ditione, vir latinæ & græcæ lin- ^{10. Aprilis}
 guæ cognitione, & purè ac elegan-
 ter latinè scribendi solutam & liga-
 tam orationem facultate eximia or-
 natus ANDREAS Mylius, Illustris-
 simi principis Iohannis Alberti ini-
 tiò studiorum moderator, deinde
 Consiliarius ipsius & filiorum. cu-
 ius, cum in hanc Academiam pri-
 mum venissem, aliquot annos be-
 neuolentia, & patrociniū fidele, &
 merita erga me eximia fuerunt. pro
 quibus gratiam illi debitam memo-
 rimente persoluo.

In Francofordiensi verò ad Viadrū
 Academia, vir modestissimus & do-
 tissimus Christophorus Cornerus,
 Theo-

1594. Theologiæ Doctor, & Ecclesiarum
 Marchiæ Superintendens generalis,
 in cœlestem Academiam euocatus
 est. cuius nō solum Theologica scri-
 pta, verum etiam Philosophica & in-
 nobile illud prioris Analytici *ἡ ἀ-
 πορίαι ἀετράσεων* caput, enarratio e-
 rudita extat.

In Gallicarum rerum commemo-
 ratione, supra, LYDORCI Ducis Ni-
 uersij mentio facta est, qui à Gallia
 rege legatus, ad petendam à Ponti-
 fice absolutionem, Romam missus
 fuerit. Is Niuersiæ Dux, non Gal-
 lus natione, sed Italus, ex familia
 Gonzagarum Mantuana, Regibus
 Gallia prioribus militans, HENRI-
 cam, Francisci ducis Niuersij filiam,
 uxorem duxit: quæ Ducatum illum,
 hærede vacuum, ad eum attulit.

FRANCISCVS Gonzaga Marchio MAN-
 tua, anno 1500. ⊕ 1519.

FRIDERICVS, primus Dux MANTVÆ,
 à Carolo V. creatus, 1530. ⊕ 1540. Vxor
 MAR

Margarita, VVilhelmi Palaologi, Montisferrati marchionis postremi, filia & haeres.

FRANCI-	VVILEL-	LVDOI-
scus, gener	mus ⊕ 1587.	CVS, Dux
Ferdin. Imp.		Niuersa in
⊕ 1550.	VINCENTIVS	Gallia.
	Princeps Mantuanus.	

ANNO M. D. XCV. incunte, PAX 1595:
 A perpetua, inter duo amplissima orbis Arctoi Regna, Suecorum & Moschorum, post triginta ferè annorum bella, breuibus inducijs subinde interpolata, singulari DEI beneficio, per legatos Sigismundi regis Sueciæ ac Poloniæ, & Theodori magni ducis Moschouix, restituta est: cum arcem Kexholmam, & territoria coniuncta, Moschis, belli tempore adempta, Sueci reddidissent. Captiui vtrinq; liberi dimissi, & Moschorum cum Suecis & Germanis, commercia, Neruæ & Reualix instaurata sunt. Quæ negociationum instauratio, ingentem omnibus his

1595. his gentibus Arctoïis, ac ciuitatibus inprimis Hanſeaticis, & totius Baltici maris accolis, lætitiã procreauit. Cuius eò grauior & iuſtior cauſa fuit, quòd in reliquis totius Europæ regnis, Gallia, Belgico, Germania, Vngaria & Polonia, bellis & rumoribus bellorũ omnia perſtrepebant.

Inter Cæſarem Rodolphum & Sigismundum Bathor, Chriſtophori filium, Tranſyluanix Principem, Moldauos & Valachos ſibi adiunctos habentem; ſocietas & fœdus aduerſus Turcas, his conditionibus initum eſt: vt coniunctis animis ac viribus, bellum, aduerſus hæreditarium nominis Chriſtiani hoſtem gerant, ac neuter abſq; altero pacem cum Turcis faciat. Tranſyluanix Princeps, non ſubditus, vt olim, ſed amicus & ſocius regni Vngariæ, & liber princeps, nullius Iuriſdictioni ſubiectus ſit ipſe & ex eo deſcendentes mares. Quibus deficientibus; ad Regnum Vngariæ Tranſyluania redeat,

deat, & per Gubernatorē indigenā, 1595.
 saluis Prouinciæ & singulorum priui-
 legijs, gubernetur. In bello mutuis se
 auxilijs necessarijs iuent. Si quid
 Transyluanus, ex Turci imperio, suis
 viribus, regionum occupabit, solus
 ijs fructur, nisi ad Regnum Vngariæ
 antea pertinuerit. Tunc enim, velut
 feuda, à Rege Vngariæ recognoscet.
 Societatem aurei Velleris, & coniu-
 gem ex domo Austriaca Imperator
 Transyluano addicit Caroli filiam.
 ac, quod Deus auertat, si Transylua-
 nus ex sua ditioe excutietur, Impe-
 rator in suis prouincijs territorium
 & redditus ei honestos tribuet.

Hoc foedere confecto, in Stiriam 8. Februarij
 legatus Transyluani, Stephanus Pa-
 chainus, Pragâ profectus est: vbi, Ma-
 ria Christiana, Caroli Archiducis
 Austriæ filia, reginæ Poloniæ soror,
 Transyluano in matrimonium tradi-
 ta, & legato illius, quem dixi, per e- 8. Martij
 piscopum iuncta, & in communem
 lectum adlocata est, ducentibus
 spon-

1595.

sponsam, Maximiliano, Maximiliani II. & Ferdinando, Caroli filio, sponsæ fratre, Archiducibus Austriae.

70. Martij.

Biduo post desponsationem, Græciæ legatus discessit, quæ, circa Pentecosten, sponsa in Transylvaniam, nisi bellum vel aliæ remoræ obijciantur, secutura est.

24. Ianuar.
Juliani.

Ferdinandus Archidux Austriae senior, Ferdinandi Imp. filius, Maximiliani II. Imp. & Caroli frater; Oeniponte, anni huius initio rebus humanis exemptus est. cui Rodolphus Imp. fratris filius, in gubernatione amplissimi comitatus Tyrolensis, & coniunctarum in Suevia, & Rheni tractu Austriacarum regionum, successit.

10. Febr.
Juliani.

Ferdinandum, proximo statim mense, secutus est fratris filius, ERNESTVS, archidux Austriae, Caesaris Rodolphi frater, Gubernator provincijs Belgici recens ab Hispaniæ rege præfectus, qui paulò ante, euocatis Bruxellam Belgij proceribus,
bel-

bellum in Gallia aduersus Henricum 1593.
 Nauarræ & Galliæ regem continu-
 andum, decreuerat. Hollandos e-
 nim, Selandos, Geldrios, Ultraie-
 ctinos, Transisalanos, Frisios, & his
 coniunctos Belgici populos, à rege
 dissidentes, & cum Angliæ & Galliæ
 regibus fœderatos: amica pacifica-
 tione, in Comitij Imperij proximis 1594.
 decreta, Regi suo reconciliatum iri
 sperabat. & iam Moguntinus & Sa-
 xo electores, Saltzburgensis & Pa-
 latinus Phil. Ludoicus, & ciuitates
 Noriberga & Colonia, subdelega-
 tos suos, ad eam actionem pro-
 fecturos, designarant. Quæ, inopi-
 nato Ernesti obitu, prorsus hoc tem-
 pore intermissa est.

Ernesti mortem antecessit Hol-
 landiæ statuum & vnitarum pro-
 uinciarum in dioecesi Colonien-
 sem impressio bellica, quam aliquo-
 ties, ob non restituta Viduæ comi-
 tis Morsiani oppida & agros à mari-
 to relictos, minitati fuerant. Qua in-

1595. cursione, quadraginta millia Ioachimicorum, ne incendijs grassarentur, Diocesi illi extorserunt. sicut Osna-brugensis etiam episcopi subditis, aliquot millia, & ciuitati Susato quinq; millia Ioachim. expresserunt. Paulo ante in diocesi Leodiensi, munitissimam arcem Hvi ad Mosam, quatuor supra Leodium milliaribus, auspicijs Ducis Bulionei, Turroni vicecomitis, milites quidam à Statibus illi auxilio missi, stratagemate astuto occuparunt, rustica veste rectis armis, & carnem ferinam gestantes, dominica Esto mihi (quæ in 5. Febr. Gregoriani, 26. Ianuarij nostri, Pontificijs hoc anno incidebat) cum ad Missæ sacrum in oppidum, pauci milites præfidiarij, Bacchanalia deinceps liberius celebraturi, ex arce descendissent: sub sacro ad portam arcis accedunt, & portæ custodi Electoris Coloniensis litteras, quibus se proximis Bacchanalium diebus, eò venturum denuntiabat,

ciabat, exhibent. Intromissi, interfe- 1594.
cto portario, arcem vacuum occu-
pant, & dato socijs, ex interuallo ip-
sos secutis ac euentum sollicitè ex-
pectantibus signo, accedentes in ar-
cem recipiunt, & biduò post oppi-
dum etiam deditioe accipiunt.
Quod tamen post sex hebdomadas
rursus in episcopi potestatem venit. 11. Martij.

Eodem mense ineunte, Amura-
thes III. Turcarum Imper. Selymi fi-
lius, Solymani magni nepos, mor-
te sua Imperium & vitam finivit. cui
filius МАНОМЕТ III. triginta duo-
rum annorum iuuenis magnani-
mus, acer, & vegetus successit. Qui
ante quàm paterni corporis exuias
terræ mandaret, octodecim fratres,
ex diuersis concubinis natos, fran-
gulari, & cum patre honorificè in
idem monumentum condi curauit.
Sorores viginti septem, in Seraglio
viuere permittit. Hic bellum aduer-
sus Christianos à patre inchoatum,

1595. multò ardentiore impetu continuaturus existimatur.

Itaque noster etiam Imp. præter impensas belli, ab ordinibus Imperij in comitijs promissas, à singulis etiam circulis seu provincijs Imperij, certum numerum equitum & peditem extra ordinem flagitat. Quos pleriq; principes, in hoc communi patriæ periculo, subuenire Imperatori promptis animis conantes, suo sumptu conducunt. ac superior Saxonia 1200. equites; inferior 600. Franconia, mille equites, Sueuia, 4000. pedites, Austriacæ regiones 2000. equites, & 6000. pedites, VVestphalicus orbis 500. equites; 1500. pedites, Bohemi etiam, Silesij, Morauj, Lusatij, præter Pontificem, Florentinum, Ferrariensem, Mantuanum, auxilia prolixè & fideliter conferunt. Quæ expeditio, tantis sumptibus & laboribus, ab Imperij ordinibus & alijs instituta, vtinam, Ducem ad tanti belli administra-

nistrationem idoneum; & felicio-^{1595.}
rem quàm superiori æstate, & magis
salutarem Imperio & Ecclesiæ Chri-
stianæ exitum, fortiatur.

In Comitijs Regni Poloniæ et-
iam, Februario mense, Cracouiæ
celebratis, præcipua de bello aduer-
sus Turcas, coniunctis cum Imper.
Rodolpho animis & viribus geren-
do fuit deliberatio. Etsi autem mul-
ti disputabant, pacem inter Poloniæ
& Turciæ regna hæreditariam, quæ
iam 75. annos religiosè culta & con-
servata esset, deinceps etiam non
violari debere: &, cum pace frui li-
ceat, non temerè bellum non neces-
sarium patriæ attrahendum videri:
tamen proceres plerique tandem as-
sensi sunt, ac de sumptibus belli con-
stituerunt, vt Iudæi, totam Poloniã
passim magna frequentia inhabitantes,
de singulis capitibus aureum:
cæteri incolæ, vt anno 1578. ad bel-
lum Moschi cum Stephano, contri-
buerent. ecclesiastici Donatium li-

1595. berale, in tam pio bello & pro Religione suscepto conferrent. Cùm autem Legati Imperatoris Rodolphi, episcopus Olomucensis & Venceslaus à Berca Baro in Daub & Leip, exeuntibus iam comitijs primùm aduenirent; nouus conuentus VVarsoviae indictus est, & commissarij totius regni nomine constituti, qui de conditionibus fœderis cum Cæsare ac Imperio faciendi, & cæteris ad bellum gerendum spectantibus tractarent ac decernerent, peculiarem etiam legationem ad hæc comitia, Regni Yngariæ Ordines, ex conuentu Poloniensi, auxilia petitum aduersus Turcas, miserunt: quorum Orationes ad Poloniae regni Senatum habitæ, typis descriptæ, extant.

Viennæ, Ferdinandus comes ab Hardec, & cæteri RABÆ & Pappæ traditores, ante tres menses in custodiam dati, hoc anno ineunte demum, in iudicio, cancellis ante arcem,

cem sub dio erectis, & militum Du- 1595.
 cibis iudicij assessoribus, publicè le-
 cta ex scripto accusatione, in sum-
 mū capitis periculum arcessiti sunt,
 ac petitum, vt singuli, honorem, vi-
 tam, & bona, hoc scelere amisisse
 declarentur. Respondendi spacio
 reis aliquoties concessio, tandem 4.
 Februarij ad sententiam conclusum
 est. de qua, cū aliquot adhuc dies
 à Iudicibus consultatum esset, po-
 stremò ad Imperatorem Acta iudi-
 cij & deliberata remiserunt, vt illius
 autoritate & arbitrio sententia pu-
 blicè promulganda scisceretur. quæ
 Idibus Martij, nondum, quod scia-
 mus, publicata fuit.

In Gallia, Henricus III. Franciæ
 & Nauarræ rex, publico edicto, de
 Hispaniæ regis hostili in Galliam a-
 nimo, & diffidijs, æmulationibus ac
 bellis intestinis, ad regni perniciem
 ac euersionem spectantibus, in Gal-
 lia, prætextu Religionis, per Hispa-
 num excitatis, & insidijs vitæ regis,
 nu-

1595. nuper etiam per Iesuitas structis, grauiſſimè conquerens: Cameracenses quoque, in tutelam Galliaë regis nuper receptos, acerbissimo Hispani odio & armis infestari memorans: Bellum aduersus Hispanos, terra mariq; apertum, denunciat, & in finibus omnium prouinciarum; ad tubæ sonum proponi ac exclamari iussit, ac ipse Lugdunum, ad pacandam eius vrbs viciniam, & Hispani copias, ex regno Neapolitano & Mediolano per Sabaudiam ductas, à Gallia depellendas, profecturus, Lugduno & Parisijs significatur. Hispanus vicissim, in Brabantia, & Atrebat, Valencenis, bellum aduersus Biarnensem Principem, qui se Franciaë & Nauarræ regem ausu temerario nominet, pronunciarum iussit. Quem paulò post rebus humanis exemptum scribunt.

F I N I S.

Vltima Martij Iuliani.